IOSEPHI PHAVORINI

A CLAVARIIS FABRIANENSIS;

MEDICI PHYSICI APVD CAMERTES;

PHILOSOPHICARVM EXERCITATIONVM LIBER;

IN Quo mixtorum penè omnium naturalium corporum, in genere, & ſpecie indagantur principia; Communes inanimatis proponuntur affectiones; principes diſcutiuntur; Philoſophicæ complures in naturali Philoſophia expenduntur ſententiæ; & multiplex ad libros de generatione, & corruptione attinens affertur doctrina.

CVM INDICE RERVM MEMORABILIVM FIDELISSIMO;

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. D. EVANGELISTAM PALLOTTVM S. R. E.
Card. Ampliſſ. Patronum colendiſsimum.

Ex libris Monasterii S. Pudentianæ de Urbe

BIBL. S. PVDEN DE VRBE

DA DEXTRAM, ATQVE ANIMVM.



PRÆSENTI PIGNORE FIRMA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAMERINI, Apud Franciſcum Ioioſum. M. D. IC. Superiorum permiſſu.

IN IOSEPHI PHAVORINI, MEDICI, ac Philoſophi clariſſimi Exercitationes Philoſophicas;

LIVII VITALIS OROSII, VARIA atq; multiplici doctrina exculti.

EXASTICON.

VERBA Hominum, ſapiens glutit patientèr amara;
Quæ ſtomachus recipit, viuificusq́; calor.
Tum renomit concocta ſimul: veriq́; latentis
Elicit indicium: virus, & inde quatit.
Tale PHAVORINVS, *veri ſtudioſus, ab alto*
Patroni ductus Numine, promit opus.

OCTAVII TIPTOSTOMI CAMERTIS ERVDITISSIMI, & vndiq́; abſolutiſſimi Adoleſcentis.

TETRASTICON.

MOMVS, Vulcani quondam, caſtæq; Mineruæ,
Inuidus, audaci dente momordit opus.
Quid mirum, ſtygius Momus ſi carpere tentet
Docta Phauorini Dogmata, ſcripta manu?

Εἰς τὰ Φιλοσοφικὰ Γυμνάσματα τοῦ Φαβωρίνου Ἀδήλου.

Τῆλε Φαβωρῖνος βαρυπήμονα νοῦσον ἀλάλκει
Ψυχῶν, καὶ ῥεθέων, ψεῦδος ἀποσκεδάων.
Ὅστις ἐτητυμίην ἐπεμαίετο ῥεῖα δαῆναι,
Ἐμπλείην ἰδέτω δέχτον ἐτητυμίης.

ΟΜΗΡΙΚΟΝ ΔΙΣΤΙΚΟΝ.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλησιν
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθη ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ ἔπη.

ILLVSTRISSIMO, ET REV.mo D. D. EVANGELISTAE PALLOTTO S. R. E. PRAESBITERO CARDINALI CVSENTINO SACROSANCTÆ BASILICÆ PRINCIPIS APOST. DE VRBE ARCHIPRÆSBITERO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IOSEPHVS PHAVORINVS A CLAVARIIS FABRIANENSIS, Medicus Phyſicus apud Camertes. S. D.

QVID Boni humano generi, in immenſa, & naſtà hac Mundi machina, à Dijs eſſet conceſſum, diutiùs conuoluens animo (Cardinalis Ampliſſime) in eam tandem deueni ſententiam, uel ſolam Philoſophiam eſſe, quæ bonarum artium exiſtens mater, bonum omne, omneq́; commodum, ſibi extat in terris; uel nil boni prorſùs, commodiq́; eidem fuiſſe largitum. Tripartita etenim cum ea ſit, in diuinam, naturalem, atq́; moralem (Θεολογικὴν *Græci dicunt,* Φυσικὴν, & Ἠθικὴν*) unaquæq́; contendit hominem, eius Creatori* D E O *Trino, & Vni aſſimilem facere, ac conſtituere; bonum inquam moralis: ſapientem, quæ de natura diſceptat, & potentem diuina: Atquè hanc ipſam ueritatem cognoſcens etiam latinæ eloquentiæ Princeps Tuſcul. 5. Hæc nos (ait) ad Deorum cultum, ad modeſtiam, magnitudinemq́; animi erudiuit, eademq́; ab animo, tanquàm ab oculis, caliginem diſpulit, ut omnia ſupera, infera, prima, ultima, media uideremus. Quam ſanè præclari Oratoris, atq́; Philoſophi ſententiam, ab ineunte ætate admirans ego, adeò philoſophiæ creuit in me ardor, ac deſiderium; ut me beatiſſimum fore, in his inferioribus intelligerem, ſi minimum quidpiam, illius aſſequi ualuiſſem. Cumq́; nonnulla quadam ex parte, longo temporis interuallo, animi, corporiſq́; laboribus, ipſius tantillum fuerim aſſequutus, ſtatim mecum cogitare cœpi, quid ſibi Philoſophia uelit, quid petat, quid optet. Vbi ſapientiæ ſtudium, hoc unum, cum eſſe compererim; huic, toto uitæ curriculo magìs, atq́; magìs animum adijcere attentaui: Animaduertenſq́; nil dulcius, aut iucundius literario Philoſophiæ ocio mihi futurum, ijs dico literis, quibus infinitâs rerum naturæ cognoſcitur, & pulcherrimum illud (ut doctiſſimus Varinus Phauorinus, Nucerinus Epiſcopus, in ſuo magno Græcæ linguæ comm: aſſerebat)* σύςημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τῷ μέσῳ, *indagatur: ei me totum tradidi, eiq́; (ut tempus dedit) addixi: ita ut, cum nacta occaſione,* περὶ τῶν φυσικῶν *diſceptarem, ſatiùs duxerim, uigilias nonnullas meas Typis mandare, quàm conticeſcere, nulliq́; nec mei, nec aliorum eſſe exercitationi. Atq́; de ſingulari patrono, magnificentiſſimoq́; defenſore, conſilium capere, cum attentaſſem, Vnus ſeſe obtulit Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſ.* EVANGELISTA PALLOTTVS, *Cardinalis grauiſſimus, ſub cuius nomine, Exercitationes hæ meæ, & reliquis enunciarentur, & bonum, ſuaueq́;, de eiſdem mihi nuncium afferretur. Is enim ueram ſemper, potentiſſimamq́; amplexatus cum fuerit Philoſophiam, potentiſſimum in Chriſtianæ Religionis, Terrarum Orbis uniuerſi, adminiſtrandis ſeſe reddidit gubernaculis: ſapientiſſimum, in his, quæ ſub luna conſpiciuntur flexu, effecit; & optimum, in his, quæ*

† 2 *uniuerſam*

uniuerſam politiam repræſentant, conſtituit. Neuè, ullo unquàm tempore mentiatur hic ſtylus; omnes iam norunt, XISTVM .V. ingentium operum Authorem, conſpecta uitæ tuæ, in ſingulis integritate, in Archiepiſcopi Conſentini munus, ut primùm, te delegaſſe; in quo abſoluendo, quùm aſſiduè progredereris, ſapientia, bonitate, ac uirtutis ubertate, ſubditum gregem, ad moderationem attraheres, non uiolentia cogeres, ſed perſuaſione, morumq; & uitæ incorruptæ exemplo alliceres, in longè grauius, ſumma omnium admiratione, tuoq; inexplicabili encomio, elegit adminiſtrandum officium; in Datarium inquam, & Diſpenſatorem, Sacroſanctæ Romanæ Ecbleſiæ bonorum (quod munus inſigne eſt) conſtituit. Tuamq; indè Paſtor ſupremus uidens prudentiam, & purpura cohoneſtauit, & in Illuſtriſſimorum Purpuratorum collocauit ſenatu. Neq; his contentus, Præsbiteratu Baſilicæ D. Petri (quod ſummum beneuolentiæ extitit argumentum) innumeriſq; titulis, honoribus, ac dignitatibus, decorauit: blandimentorumq; omni omiſſo fuco, tumet (Cardinalis Ampliſſime) ex perſcripta uiuendi tibi formula, Triplici enarrato Philoſophiæ genere, & Præsbiteratum, & Illuſtriſſimorum Virorum ſenatum, Archiepiſcopatumq; ſatis ſuperq; cohoneſtaſti: ita ut, æquè digniſſimus ipſe uidearis illis, illaq; te uno; Qui minùs unquàm defeſſus, in his, quæ DEI cultum, hominumq; utilitatem repræſentant, ac ſapiunt. Tu inter omnes, is idem es, qui Ecbleſiæ bonis, pauperum ſubſtentatione, hoſpitum receptione, congregatione uirginum, Præsbiterorum inſtitutione, Templorum magnificentiſſimi ſumptus, & apparatus, erectione, Patriæ decore, & ornamento; necnon alijs, quibus uerè homo Dei, & cum Deo conſtitutus eſt, non ſolùm commiſſum tibi adiuuas gregem, ſed Patriæ, & uniuerſi Terrarum Orbis populos erigis, ſubleuas, tueris, illuſtras. Quæ ſanè omnia, cum meridiana luce, unicuiq; ſint clariora: hoc animi in te mei ſignificandi gratia addidero; uel ſolam tui ipſius philoſophiam, qua potes, ſapis, & agis, impuliſſe ad has meas, ſub fæliciſſimis tuis inchoatas auſpicijs excudendas exercitationes. Scribens enim inſignis Theologus Gregor. Nazianzenus in oratione poſt ea, quæ contra Maximum geſta ſunt, nihil philoſophia inexpugnabilius, nihil quod minùs lædi queat, omnia prius cedunt quàm Philoſophus. ὐδὲν ἀναλωτότερον Φιλοσοφίας, ὐδὲν ἀληπτότερον *(propria dicebat lingua)* ἐνδώσει προτερὸν, ἢ Φιλοσόφοσ: *optimè facturum me putaui, ſi ſub inexpugnabilis philoſophiæ tuæ nomine, philoſophicæ huiuſmodi ederentur lucubrationes: præmunitæ namq; fulgentiſſimo ſydere, armato bracchio, armata manu, ferreo clauo, ferrea catena triplici, ac ferrea triplici pila, quarum prima inuictam potentiam, inculpatam ſapientiam ſecùnda, ac indefeſſam bonitatem tertia oſtendit, & monſtrat; haud ſum anceps, ab obtrectantium calumnijs, euaſuras immunes. Encyclopedia igitur, quæ in te uno, uirtutum omnium fulget (Euangeliſta Illuſtriſſime) quæq; triplici globulo, ab Ægyptijs ſignificata fuit; & tuis nunc repræſentata inſignibus, ea cum ſit; quæ literarij otij mei, ad ſeſe trahit labores, minùs tuam ob animi magnitudinem, præſtantiam, atq; candorem, hilari hos dedigneris, ſuſcipere fronte, fouere, illuſtrare, bracchioq; potenti tuo defendere, ac tutos ſeruare. Quamobrem ea, qua debeo obſeruantia, deuotioneq; libellum ſacrans, eum tibi commendo; in manu tua eſt, an perpetuò lateat, an perpetuò uagetur. Vale, ac qui ualetudinis utriuſq; princeps eſt author, purpuratum te ſeruet, aureo caput ueſtiat diademate, me amplitudini tuæ faxit nunc deditum: maioraq; mei in te animi argumenta in philoſophica lectione, ſplendoris, ac ornamenti non exigui expectato, non iniucundam interim rerum uarietatem, hinc accepturus. Camerini Idibus Februarij. M. D. IC.*

AVTHORIS PRAEFATIO IN EXERCITATIONES *Philoſophicas, eiuſq; in integra dicendorum ſerie, conſilij ratio.*

ANNVS Iàm agitur ſeptimus, ex quo viliſsimam quidèm in re medica, quò ad praxim; non ignobilem, ineruditamq; quò ad theoriam, de hircini adipis abuſu in dyſentericis curandis deiectionibus, paradoxam ſcripſeram cõcluſionem; in qua propoſitum cum mihi fuiſſet illius iuxtà Galeni placita 1. de ſimpl, med. facul. 34. 2. eorundẽ 12. 4. itẽ cap. 6. & 11. cap. de pingued. interdicere vſum; ad quoſdã artis medicæ ꝓfeſſores eam ipſã deferri curaueram: ratus operæpretium fore, tantorum virorum, pro illuſtranda veritate, expectandam eſſe ſententiam. At quid accidit? ſeniori defuncto, vbi apud alios expectaueram plurimum gratiæ eſſe initurum, ab ſeptimo emisſionis paradoxæ concluſionis menſe, integra aduerſùs eam oborta eſt Apologia, huius quaſi mihi Authores laceſſere, iniuriaq; afficere fuiſſet inſtitutum. Oppoſitum quamobrem cum ſors tulerit expectationi meę cõſilium, per literaſq; Kal. Maias conſcriptas. M D X C I I. ſententiæ noſtræ impugnator ſignificarit, & & paradoxum, & ſuam ipſius Apologiam ſe inſculpturum (quò omnes intelligant animum noſtrum ſcribendi, & an iure cum affecla coactus ipſe fuerit ad reſponſionem) nec ad hodiernam vſq; diem, vnum fuerit excuſſum, vel alterum. Tutandi honoris mei animaduertit ſtudium; vt ea contemplationi in præſenti ſubijciam, & quę aduerſùs exaratam concluſionem ſunt ibi conſcripta, & quæ Ariſtotelicæ, Hyppocraticę, Galenianæ, Auicennicæq; in eorum ſcriptis repugnant, doctrinæ. Sic enim illatas mihi calumnias, circa nouitatem doctrinæ, receſſumq; à philoſophia, medicinaq; propulſare tentabo, (quod licêre, licuiſſeq; grauisſimorum hominum placitis, firmaq; authoritate fuit ſtabilitum) eumq; ipſum, quibus me accuſauit, eiſdem onerare contendam, quodq; tantoperè facio, ſuſceptæ diſputationis veritas, vtilitaſq; conſtabit. Alacritèr igitur, tàm nobile, tamq; ægregium, reſpondendi capitibus vniuerſis aggrediens inſtitutum: integra dicendorum ſeries, huic ordini innitetur. Paradoxa in primis inſculpta, ad verbum concluſione, & perilluſtris, ac excellentisſimi Hieronymi Mercurialis, bonorum meorum omnium authoris in re medica, promulgata ſententia (quam alibì proſequemur abundè) Exercitationum Philoſophicarum liber ſcaturiet vnus, qui tripartitus in tres principes ſectiones, & partes, ſpectabit prior nudum Ariſtot: conſilium, in de generatione, & corruptione libris, ad quos Apolog. Authorum rediguntur aſſertiones: quæ rationibus, vniuerſæ cum innitantur, atq; exemplis: iactis veritatis fundamentis in prima: Philoſophicas aduerſarij ratiocinationes, earumq; confutationem animaduertet ſecunda; & philoſophica exempla, logicaſq; rationes nonnullas, cum quibuſdam, quæ de ſermone ſunt, repræſentabit tertia. Quamobrem philoſophicæ in præſenti incumbentes contemplationi, naturæ in priori ſectione ſectantes ordinem, de principijs, & affectionibus mixti cuiuſq; naturalis corporis, vt mixtum eſt, in genere diſſeremus:

mus: Inde verò, ad placita accedentes penſitanda aduerſantium nobis, vniuerſa cum philoſophię principibus perpendemus, compluriumq́; mixtorum, & animatorum, & inanimatorum, tàm perfectorum, quàm imperfectorum in ſpecie, principia paritèr, atq́; affectiones nonnullas, indagare tentabimus: ac in ſingulis veritati intenti, Ariſtotelicas multas explanabimus propoſitiones, ſubiectæ accomodabimus diſputationi, nec quicquam adducemus in medium, quod noſtrum refugiat inſtitutum: Nec in tertia, conticeſcet oratio, logicas quaſdam, ac medicas aliquas diſcurſui ſubiectare aſſertiones, philoſophicaq́; & medica contemplari exempla: in quibus omnibus eatenùs inſiſtemus, & quatenùs noſtra in integrum redigatur concluſio, & cœleberrimorum in re philoſophica authorum, illuſtretur doctrina. Et quamquàm ſuperuacaneam, poſtremam hanc ſectionem, quis eſſe exiſtimauerit, cum innumera confirmentur in ea, quæ in ſecunda manent conſcripta: haud tamèn inutilem futuram, perſuaſum eſt nobis: quandoquidèm, præterquamquòd Galeni Medicorum coriphæi in 2. de decretis erimus ſectatores; nullus poſt hàc dubitationi relinquetur locus, in his, de quibus, non iniucunda orta extat contentio, neq́; ſolutionis inopia accuſabit nos aduerſarius. Galenus enim pręcipuus ab Hypp. medicinæ parens citato nunc libro, cum rationes omnes Stoicorum probabiliores, in nobiliſsima illa diſputatione de loco facultatum animæ confutaſſet, eaq́; in vniuerſum iecisſet fundamenta, quibus anilia, eorum conciderent argumenta, ſtatuiſſetq́; ea præterire, tanquàm iam exploſa, tertium tamen librum eorum dedicauit confutationi: hanc vel noui ſui iudicij, vel amicorum reddens rationem. Si quis rationes eas ſilentio prætetîret, non tàm contemptu, quàm ſolutionis inopia, videri poſſet, breuitatem ſequutus. Sic itaq́; & nos, Galenum præceptorem ſequentes, integram tertiam ſectionem, exemplorum, & anilium quorundam argumentorum dicabimus confutationi, ad inſtarq́; Galeni (nugas repellentis Criſippi) inanes omnes, ac vanas, confutabimus Aduerſarij ratiocinationes; ea tamèn lege, qua neceſſaria, ac ſcitu digna pateſcant, philoſophica vt plurimùm, tractentur in ea, & nonniſi, quæ ad noſtram confirmandam in paradoxo ſententiam, in philoſophia præſertìm factitare videntur, inſculpantur, ac depromantur: Quæ etenim ad medicinam ſpectauerint, in medicis, de his quàm primùm (Deo dante) pollicemur facturos ſatìs, exercitationibus; Interim γνωμικὸν adnotantes, ſciendum ex Georgio Gemiſto Plitote, libr. de Virtutibus, quòd quemadmodùm Πρέποι δ' ἂν εὐπόρῳ μὲν δωρεῖσθαι, ἀποροῦντι δὲ λαμβάνειν, ὃ ἂν ἀπορεῖ. ſic Σοφωτέρῳ μὲν διδάσκειν, ἀμαθεῖ δὲ διδάσκεσθαι, καὶ ἀμείνονι μὲν ἀνδρὶ ἐπανορθοῦν ἐξαμαρτάνοντα, χείρονι δὲ ἐπανορθοῦσθαι.

ILLVSTRI ADMODVM ATQ. EXCELL.MO ITALIAE TOTIVS ΑΡΧΙΑΤΡΩ, EMINENTISSIMOQ. PHIL. D. HIERONYMO MERCVRIALI FOROLIVIENSI;

IOSEPHVS PHAVORINVS. S. D.

TANTI Apud me ſemper (excellentiſſime Hieronyme) tui, & in dicendo, ſcribendoq; fuit authoritas, vt aliquis dùm ſeſe mihi aut in ſcripturis, aut conſultationibus, ſoluēdus offerret nodus; minimè dubitarim, & ad ea, quæ publicè lecta, & Typis mandata ſunt; tanquam ad ſacratiſſimam anchoram, in hac, qua rerum philoſophicarum, ac medicarum tēpeſtate, pleriq; noſtri ſeculi obruuntur, recurrere. quandoquidem ſemper, ac vbiq; locorum, ſuaſum apud me habui, à veritate omninò eos recedere, qui in philoſophicis, ac medicis, in quibus verſamur, haud tecum aſſentiunt. Quod ſanè, præclaris quibuſdam, tùm in philoſophia, tùm medicina, viris, cum accidiſſe, cognouerim; Te vnum, iudicē, patronumq; meū in his, de quibus diſſenſio inter eos, ac me orta eſt, atq; ſententia videtur ferenda, eligere exiſtimaui; hinc plurimùm ratus, dictorum, ſcriptorumq; meorum tutari, ac illuſtrari poſſe veritatem, & quamcumq; inter Ioſephum tuum, ac aduerſarios, ſubortam litem, iri ſublatum. Huius autem, vt pateſcat exordium, iàm ſcias velim, quòd annus agitur tertius, ex quo practicā medicinam, in Terra Belfortis, factitarem. Studiò factum eſt (vacuus ne degerem in Vmbris) quod nunc tibi literis committo, de hircini adipis abuſu, in dyſentericis curandis deiectionibus, ſcripſerim paradoxum: ſperans, vel in noſtra medicina, occultatum ſatis huiuſmodi detectum eſſe errorem, vel ſaltèm, anſam aliquam ſubminiſtratam; qua literis prudentiſſimi quidam viri, & frequentiùs mecum agerent, & medica, philoſophicaq; tractarent. At cum ſors tulerit, ſummoperè in ſcribendo, eos eſſe excandefactos; quippè qui Apologiam conſtruxerint, aduerſus quæcumq; (illuſtrandæ veritatis gratia) à me ibi conſcripta ſunt (Reſpondēdi vniuerſa ſeruata modeſtia) optimè facturum me putaui, ſi philoſophicarum in præſenti exercitationum nomine, ad omnia fabricarem reſponſum, illudq; (te hortante) Typis mandarem; quò ſ. omnes intelligant, Illuſtrem benè ſemper, excellentiſſimumq; ſenſiſſe Mercurialem, ab eoq; ſuum numquam diſceſſiſſe Phauorinum. Legas igitur interim, paradoxam hanc meam concluſionem (ſic iuuenilis modeſtiæ ſeruandæ gratia conſcriptam) preſtò ſis mihi, ac pro veritate firmanda defendas, ac protegas. Vale, Camerini kal. Maij. CIↃ IↃ XCIIII.

IOSEPHO PHAVORINO MEDICO,

PRAECLARISSIMO.

Hieronymus Mercurialis. S. D.

EX OMNIBVS, Quos omni tempore ingenioſiſſimos, & doctiſſimos habui auditoribus, te ſempèr à me vnicè dilectum, ſummopereq; æſtimatum fuiſſe, niſi certò ſcirem tibi iàm dudùm eſſe perſuaſum, libentiſſimè id compluribus argumentis teſtatum facere eniterer; Sed quià tecum de rebus manifeſtis agere non eſt tempus: ad id, quod à me tua erudita Epiſtola efflagitaſti, conuertor. Nempè me tecum ſentire, de hircini adipis in curanda dyſenteria, abuſu, & ne tibi vllo pacto aſſentari velle videar; quod publicè Patauij (te audiente) docui, id quoq; æternæ memoriæ commendare non dubitaui: quemadmodùm, in Adnotationibus meis, ad Galeni XII. Cap. Libri II. de Simplic. Med. facile eſt, vnicuiq; compræhendere: quem locum in V. & VI. operum Galeni, apud Iunctas, Editione extantem, ſi, & ipſe legeris, & qui tibi aduerſantur, minimè contemnent, ſpero omnem inter vos ortam controuerſiam, breui diffinitum iri. In reliquis benè vale, meq; ama. Piſis, Die XXIV. Maij. M D XCIIII.

PERILLVSTRIS, ET EXCELLENTISS. D. HIERONYMI Mercurialis adnotatio, ad Gal. XII. Cap. Lib: II. de ſimp. med. facul. de abuſu adipis hircini in curanda dyſenteria.

Ex Græci Codicis Exemplari.

Στέαρ, τράγυ, ἢ χόνδρυ χυλὸς .i. Adeps: tragi, uel condri ſuccus: ità enim, & non hirci, ut hactenùs malè factum eſt, interpratandum eſſe multa perſuadent, unum eſt interpratis antiqui auctoritas, quæ ſic legit: alterum eſt quòd infrà lib. 4. cap. 6. ſcriptum inuenitur, adipem hircinum acrimoniam habere multam, & igneam: Tertium quia, & lib. 1. cap. 34. & in hoc lib. cap. 14. non hirci, ſed tragi, & chondri in ijſdem caſibus meminit: eſt uerò tragus apud ſcriptores factitia, quadam res, & eſt ſimilis uiribus alica, & à Gal. 12. Meth. in dyſentericorum deiectionibus commendata.

HIRCINI ADIPIS IN DYSENTERICIS CVRANDIS DEIECTIONIBVS, PRAETER Medicorum omnium ſententiam, qui eo aſſolent vti, rationibus, & authoritatibus improbatur vſus.

*

IOSEPHI PHAVORINI A CLAVARIIS; PARADOXA CONCLVSIO.

DECREVERAM Superioribus diebus (excellentiſſimi Viri) per Nicolaum Venturinum; familiaritate vobiſcum, affinitateq; mecum coniunctum admodùm, quæ nunc vobis conſcribo, mandare literis; verùm data occaſione, Tolentinum petendi (Illuſtrem, vt equeſtris Ordinis Militem, Ioſephum Barnabeum, inuiſerem) factum eſt, vt, quod in animum induxeram, ad calcem perducere haud valuerim; eoq; magis, cum, & interna, & externa, tunc premeret viſitatione ægrorum; qua tandèm aliqua ex parte leuatus, Mirandi vobis, vetuſtioribus artis medicæ, practicis, (ni φιλαυτία me decipit) occaſionem nunc ſcribens prꝑſtitero ſegò enim, vt verum fatear; qua voſmet eſſe non ignoro, in eadem prorſùs, in id, quod proferam, eram ſententia, vulgarem, vulgatamq; magis inſequens praxim. At magis nunc ſolidam, Medicorum ferè omnium demiror ingenium; qui fieri poſſit, vt à Galeni vſq; tempeſtate, In ea cœcutierit adminiſtranda re, atq; hac pharmaceutica, vt in dyſenteriis, ſimilibuſq; inteſtinorum curandis affectibus, adipe vti ſolitum ſit hircino, tanquàm præſentaneum quoddam, nulliq; ſecundum, hoc extet remedium. Cæterùm qua ratione, quo conſilio, quaue commoti experientia, non ſatis equidèm calleo; A vobis igitur (quibuſcum quotidiana mihi conſuetudo eſt) id vnum exquiro. Nàm cum Gal. 4. de ſimplic. med. facul. cap. 6. animaduerterem, de hircini adipis caliditate, ac acrimonia ſententiam, ſemper is apud me fuit ſuſpectus. Dicens namq; Tauri ſanè, & Hirci pinguedo acrimoniam, & multam, & igneam poſſidet, Bouis autem, Capręq; minus; iam verò, & horum adeps, quodamodò acris eſt, & c. nulli dubium, hircini huius adipis facultates, dyſenteriis curandis eſſe aduerſas. Etenim cum in hac ipſa inteſtinorum affectione, vlcus adſit eorundem, non aliundè productum, ac ab erodente, interiorem illorum tunicam, acrimonia; qui fieri poteſt, vt ex huius adipis adminiſtratione, inteſtinorum tollatur exulceratio? Sed potioribus agens rationibus, nàm ad authoritates veniat. In dyſenteriis curandis, præcipuus ſcopus, & indicatio (vrgente tamen dolore) non ne huius eſt mitigatio? Proculdubio ſic; Gal. paſsìm, ac præcipuè 12. Meth. cap. 1. aſſeuerante, ſcribenteq; ex accidenti ſymptoma quoq; curandi rationem aliquandò mutare, cauſæ, ſ. eo tempore habens, veluti in dyſenteria dolor vnà cum virium imminente ruina. Quòd autèm dolor ſit ſymptoma, ſpectetq; ad læſionem ſenſus tactus, patet. Sed ad rem. In mitigando dolore, triplex cum nobis detur via (iuxtà ternarium eorum numerum, quæ ad illum conſtituendum concurrunt) facultas ſ. ſentiens à neruis in inteſtina deriuata; ipſamet inteſtina, hac ſentiendi vi prædita; atquè obiecti iniucundi præſentia; mordaces nimirùm illhùc per eadem defluentes humores. Prima narcoticis remediis conſtans, quæ facultatem ſentientem minuendo reſpiciat; ſecunda, ex iis conflata, quæ inteſtina ipſamet puncta, & morſicata, ne à mordacibus pungantur humoribus, muniant; ac tertia demùm, ex iis conſtructa, quæ obiectum reſpiciant, acrimoniam ſcilicet fluentium humorum, emendent. Hircinus à vobis plurimùm vſurpatus adeps; cum in nulla contineatur dictarum viarum, nulliq; ſatisfaciat, in qualibet via, indicationi; perperàm tentanet, vos ſempèr ad huiuſmodi adminiſtrandum prꝑſidium recurrere. Quòd autèm in nulla contineatur via, nulliq; ſatisfaciat per methodum illam, inuentę indicationi, hinc patet apertè, quòd in prima (quę narcoticis coſtat) non aſſeruatur, quia nullibi compertum eſt, hircinum adipem, narcoticam habere facultatem: non in ſecunda, quia per eius acrimoniam, tantum eſt, vt poſſint muniri, vel poſſit, muccoſitas inteſtinorum, reſtitui, vel aſſeruari (hoc enim modo inteſtina ipſa poſſunt muniri) quòd longè magis, muccoſitas ipſa abraditur, inteſtinaq; labefactantur; nec demùm in tertia, proptèr eandem acrimoniam, atq. igneitatem, quia nullam hæc habet vim, humorum acrimoniam, emendandi:

Quamobrem

Quamobrem nulli cum ſatisfacere poſſit indicationi, triplici illa via, repertæ, reſtat, communi ſolummodò vulgarium practicantium vſu, hircinum, à vobis adipem in dyſentericis curandis deiectionibus adhiberi, putantibus ex huiuſmodi malo medendi vſu, & in inteſtinorum reſtituenda muccoſitate, eorundem munitione, fluentium humorum acrimonia tollenda, ac ſentiente facultate imminuenda, adipem hunc eſſe pluſquàm præſtantiſſimum. Quòd veſtrum ſi quiſpiam aſſerat, experientia comprobatum eſſe, hircinum adipem, dyſentericos iuuare: iterum quæro egò, occulta nè, an manifeſta qualitate? occulta non eſt dicendum, cum iam vobis, adipis hircini, facultas eluceſcat, & mihi; quare manifeſta; at per hanc, vt nupèr ſignificaui, non poteſt: quarè remanet, ab omnibus perperàm, ac à vobis, præfatum adipem, in vſum haberi. Sed ad authoritates reuertens, haud ſuſpicandum, hircinum hunc adipem, igneam huiuſmodi facultatem, & acrem, à natura non obtinuiſſe; nàm præter quamquòd Gal. citato loco reliquit teſtatum, ratio etiam, propriis authoritatibus munita, adſtipulatur inſignis; ratio autem hinc pendet aperta, quod cum omnis adipis materia (Philoſopho 3. de Hiſt. animal. cap. 16. teſtante) ſanguis exiſtat, dicente eo loci, quòd Caro vertitur in pinguedinem quotiès pabuli copia ſuppetit; quaſi dicat ibi Philoſophus; cum eadem ſit carnis, & adipis materia, ſi ea fuerit abundantior, quod carnem ſolùm gignebat, in adipem conuertitur, id verò eſt ſanguis, quo ſanè multo opus eſt, vt ambobus ſufficiat; verùm id vt manifeſtum omittens, cum clarius alibi habuerit Philoſophus, quod nullum, ex his, quæ ſanguine carent, adipem habent, vel ſeuum: vndè colligitur adipis vel ſeui, ex neceſſitate, ſanguinem eſſe materiam. Sanguis hic, ex quo adeps, in natura terreſtrioribus cum (noſtro teſtante Gal.) adeo igneus ſit vt ferè comburat, ac præcipuè hircinus, talem quoq; hircinum eſſe adipem, manifeſtè ſequetur, cum ab vno in quantum vnum, non proueniat niſi vnum. igneus igitur hircinus cum ſanguis exiſtat, igneum quoq; eſſe adipem, remanebit dicendum; Quomodò igitur ad dyſentericos curandos affectus (ſymptomatis, vt dixi vrgentis, habita ratione) hircinus hic adeps exter idoneus, non ſatis apud me conſtat. At valebit ne forſan authoritas Galen. 12. Meth. Med. Cap. primo allata; vbi, hircinum adipem commendare, videtur Viri excellentiſſimi nequaquàm; propterea quod, propria vt Galeni vtamur lingua; hęc habuit.

Ἀλλ' ὅταν εἰ οὕτως ἔτυχεν ἐπὶ δυσεντερικαῖς ἐκκρίσεσι δακνούσαις σφοδρῶς, ἤτοι τράγου χυλὸν ἐνίεμεν, ἢ στέαρ αἴγειον, ἢ ῥοδίνου κηρωτήν, ὑφ' ὧν αὐτὴ μὲν ἡ τῶν &c.

Sed cum exempli gratiâ in dyſentericorum deiectionib^9, vbi vehementer rodunt, vel tragi ſuccum, vel caprinũ ſeuũ, vel roſaceum cerotum per inferius indimus, à quib^9 ipſa &c ex qua Galeni ſentẽtia colligitur, non hircinũ aptum eſſe ad dyſentericorum deiectionẽ, ſed caprinũ; quòd ſi Linacer, atq; Galdinus optimi alioquin Galeni noſtri interpretes, dictionem αἴγειον verterũt hircinum, hunc ex Galeni mẽte commendantes in dyſentericorum deiectionibus; ſentimus, doctiſſimos hos viros aberraſſe; ita vt, vbi vertere debebant caprinum, hircinum dixere; ducti ab anteriori dictione τράγος, quę tàm hircum caprarum virum, quàm tragum genus quoddam cerealium, potis extat ſignificare; cœterum quòd vox αἴγειον caprinum ſonet, Homerus primarius Græcæ linguæ author, 3. ſuæ Iliad. declarat, & exprimit; vbi vtens ea voce ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ, in vtre caprino traſtulerunt interpretes. Quanti verò interſit inter caprinum ſeuum, atq; hircinum, ex in initio dictis poteſt coſtare, in quibus conſtitutum à nobis, iuxta Galeni placita, fuit; caprinum ſeuum, ſiue adipem, minorem hircino, obtinere acrimoniam. Quòd ſi etiam dicere velimus ſimpliciter eò loci Galenum fuiſſe loquutum, commendaſſe videlicet ipſum tragi ſuccum, prout tragus inter cerealia ponitur; haud à veritate ſermonem hunc noſtrum recedere exiſtimamus; ſi quidèm aliàs à Galeno ſimili in caſu, in dyſentericis inquã curandis, vſurpatum videmus; ratio autem, quæ nos, vt ſic ſentiamus, impellit, ex eo ſemmet pendet Galeno lib. 3. de alimentorum facultatibus, vbi tragum, cibum eſſe craſſum, mandauit ſcriptis, ob quam craſſitiem, atq; lentorem, mirum immodum poteſt prodeſſe dyſentericis, atq; his maximè opitulari; cum ex genere euchimorum per ipſum Gal. 2. de aliment. facult. exiſtat. His itaq. nouis authoritatibus adductus, hircinum adipem in dyſentericis curandis deiectionibus, perperàm adhiberi exiſtimo. Quamobrem, finem obortæ vobiſcum liti, imponens, non vt dyſentericam accipiatis oro (ſic enim propoſitam ignobilem exiſtimarem diſcordiam) ſed vt medicam, & philoſophicam; talem namq; hinc inter vos, & Ioſephum veſtrum futuram eſſe, firmiſſimè habeo perſuaſum. Valete, me rerum veſtrarum, ſtudioſiſſimum diligite, ac iuniori ne pigeat, rem aggredi, ni fallor, nouam: ſic enim eluceſcet veritas, ſupremus hic in arte medica, detegetur error, literariaq; inter nos, ſcaturiet pugna. Ex Terra Belfortis Idibus Octobris. M D XCI.

IN OPVS EXERCITATIONVM PHILOSOPHICARVM EXCELLENTISSIMI D. IOSEPHI PHAVORINI;

ILLVSTRIS D. PETRI GRATIANI NOB. ANCONITANI EPIGRAMMA.

QVOD Rerum Cauſas noſti, Cæliq; fauore,
Diſſeris ô felix Ioſephe perpetuò:
Extollit Virtus homines, redditq; beatos;
Sublimem, quæ te ſuſtulit Aſtra ſuper:
Hanc non tempus edax, non inuidioſa uetuſtas,
Conuellunt, Hæc Vis, Nobilitaſq; Decus;
Artibus ingenuis Vulgans arcana per orbem,
E latebris ſurgis quam ſibi Semideus.
Eia opus, ô Lector, Phauorini perlege gratum,
Exercere tuum quo potes ingenium;
Namq; breui ſtudio acquirendo multa repones,
Euades Doctor, Maximus atq; Sophos.

IN EXERCITATIONES PHILOSOPHICAS IOSEPHI PHAVORINI FABRIANENSIS, LIVII VITALIS OROSII PRAELVDIVM.

CONDITOR Iliados, rapti Ganimedis honores
Dum canit: Illuſtres morte carere iubet.
Namq; Iouem ſummum, refugi non corporis umbra,
Sed mentis caſtæ blandula forma capit.
Caſta uis mentis, Sophiæ florentis amore,
Tollitur ad ſuperos: & ratione uiget.
Aurea Tithoni coniux, & candida Phœbe
Aſſurgunt Sophiæ, ſidereiq; Chori.
Curatrix animi ſapientia ſuſcipit, æqua
Lege, Phauorinum: cedat ut ira grauis.
Nil ſapiens aliud, quàm, quæ Natura negauit
Viſibus humanis, abdita noſſe cupit.
Ceu Sophia, maiora quidem Regnator Olympi
Omnipotens, homini munera nulla dedit.
Sic tibi Magnanimo, Ioſeph dare pignus amoris
Non potuit maius: protege, ſume, lege.

EXCELLENTISSIMI SALVATORIS FRANCI
Medici Siculi, in Exercitationes eiuſdem, & Inſignia Phauorini.

TETRASTICON.

CLAVARIVS cum ſis, Claui hac donatus honora,
Abdita, qua Sophorum ſenſa aperire potes;
Quaq; tibi ſerues ſcrutinia ſacra Sophorum.
Vis dicam paucis, hac tibi Clauicula eſt.

OCTAVII TIPTOSTOMI CAMERTIS
Philoſophię ſtudioſi, In Exercitationes Philoſophicas Phauorini.

OCTASTICON.

VERTICE Nata Iouis ſapientia, digna Sophorum
Ingenio, pandit quicquid in Orbe latet.
Hac rerum cauſas indagat, perſpicit, edit.
Hinc, hominem, placidus leniter afflat amor.
Ille Phauorinus, Sophiæ ſtudioſior ultro
Id tibi, ſubmiſſo Poplite, tradit opus.
Accipe; nam cernes quicquid Natura creatrix
Corrumpit, gignit, conficit, atq; refert.

Index Authorum, quorum ſententia, vel affertur, vel allata interprętatur.

AEgydius.
Albertus Magnus.
Alexãder Aphrodiſeus.
Ariſtoteles.
Arcangelus Mercennar.
Atheneus.
Augurellus Poëta.
D. Auguſtinus.
Auicennas.
Aratus Poëta.
Auerroës.
Antonius Donatus ab Altimari.

Benedictus Pererius.
Buccaferreus.
Braſſauola.
Dioſcorides.

Eſichius.
Epimenides.
Franciſcus Toletus Card. Illuſtriſſ.
Franciſcus Valleſius.

Galenus.
Gaëtanus Cardinalis.
Galdinus.

Hyppocrates.
Homerus.
D. Hieronymus.
Hieronymus Mercurialis.

Io: Pierius Valerianus.
Io: Baptiſta Montanus.
Iacobus Zabarella.
Ioannes Fernelius.
Iulius Cœſar Scaliger.
Laurentius Ioubertus.
Lactantius Firmianus.

Marſilius Ficinus.

D. Paulus.
Plato.
Plinius.
Plutarcus.

Raphael Volaterranus.

Simplicius.

Themiſtius.
Thomas Linacer.

Varinus Phauorinus Camers, Epiſcopus.
Virgilius.

A EXERCITATIONVM PHILOSOPHICARVM

IOSEPHI PHAVORINI A CLAVARIIS FABRIANEN.

SECTIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

B CVM Homo rerum omnium, natura conſtantium, finis, iurè Μικρόκοσμος vocatus, generationi, atq; corruptioni obnoxius; elementis id totum habeat acceptum, vel optimè iuxta animi mei ſententiam, de inferioribus philoſophatur, cum principia, atq; affectiones ſui corporis (vt mixti) ab elementis rimatur. Quamobrem, philoſophicas hauſpicaturi exercitationes, ab his tanquam ſibi congenitis, exordiendum eſſe, decreuimus. Elementa.n. cum ad certam mixtionem, alterationem, generationem, corruptionem, atq; augumentationem, qualitatum beneficio, ipſius gratia, ac aliorum accedant: & de elementis, & eorum qualitatibus, ſicuti principiis; de mixtione, alteratione, ac reliquis, vti affectionibus, operæpretium duximus pertractare. & quoniam Ariſtotelem in, de generatione, atq; corruptione libris habemus ducem, noſtrum fuerit inſtitutum, ſub breui contractaq; oratione, illius ſententias per ἀνακεφαλαίωσιν explicare. Verumenimuerò quia abſq; naturalis philoſophiæ definitione, explicatione, ſubiecto, diuiſione, atq; Ariſt. Peripatetic: Principis, librorum coordinatione, minùs bellè id licet abſoluere. hinc erit, quòd ab his, dicendorum deſumpto exordio, ad elementa, horum qualitates, mixtionem, alterationem, generationem, corruptionem, atq; augumentationem, procedet oratio. Cum igitur non pauca iſtent, accedamus ad primum.

C

NATVRALIS Philoſophiæ, per propriam definitionem, eiuſq; enucleationem aſſignatur eſſentia, ex qua, & Ariſtotelis uniuerſi, ſuper naturalem Philoſophiam pateſcunt libri, & partes conſtant eiuſdem, & ad quam naturalis Philoſophiæ partem, quoſuè libros, Authorum reducatur Apologia, definitur. *Cap. I.*

D ARGVTA Quamquàm, & acuta admodùm ſint, quæcumq; à doctiſſimis Apologiæ Authoribus, conſcripta ſunt, ad noſtræ Paradoxæ concluſionis deſtructionem; Attamen quia nihil vnquam veritate ſolidius; quò minimè illam infringi poſſe appareat, quouè, quanta in rectè, à nobis conſtitutis ſententijs vis inſit, ac robur ſiat vnicuiquè notum: paucis operæpretium duxi, iuxtà Ariſtotelis mentem, philoſophicamq; aliorum veritatem, in, de generatione, & corruptione, libris eas ipſas expendere, atquè tueri. Altius quamobrem nunc captās exordium, quid Naturalis ſit philoſophia, ad quam diſceptatio reducitur vniuerſa, oſtendam in primis. Naturalis ergo philoſophia,

Nil veritate ſolidius.

Philoſophiæ naturalis definitio.

philoſophia,cum ſit ſcientia,ſpecierũ naturalium,ſiue corporum, E in primis videndum,quorum corporum ſit ſcientia: id quod cum abſq; definitionis explanatione,tentare non liceat; hinc eſt, cur à particularum omnium, q̃ in definitione aſſeruanẽ, pręſens noſtra exordietur oratio. Dictum itaq; fuit,naturalem philoſophiam eſſe ſcientiam ſpecierum naturalium,ſiue corporum;tùm genus,vt appareret manifeſtum,q̄ eſt ſcientia:tùm differentia vt conſtaret,nõ occulta,quę continetur ſub ſequentibus,genus,particulis;quarum appellatione, rerum omnium naturalium principia, atq; affectiones,& genericè,& ſpecificè cõſiderata,accedunt. Corporum videlicet ſimplicium,cõpoſitorum,imperfectorum, perfectorum, inanimatorum,& animatorum,ex quorum cognitione Naturalis inſurgit Philoſophia; ea porrò lege, ſcientia nuncupata, qua ad ſcientię nomen,tãquàm ad genus,Phyſica, Methaphyſica,ac Mathematica,vt ſpecies reducuntur:Cur autem non ſit ſapientia,prudẽtia,ars,vel intellectus,patebit impoſterùm. diſcrimen nunc attẽdentes allati generis;diximus,naturalem Philoſophiam eſſe ſcientiam ſpecierum naturaliũ,ſiue corporum; differẽtia, vt appareret Phiſicæ,à Methaphiſica,necnon à Mathematica;vbi.n.naturalium accidẽtium,hęc eſt ſcientia,& accidẽtium,& corporum,illa; ſimplicium,vt dictum eſt,cõpoſitorum,imperfectorum,perfectorum, G inanimatorum, & animatorum, de quibus omnibꝰ perfecta,& numeris omnibꝰ abſoluta, ab Ariſtotele in naturali integra philoſophia aſsignatur,doctrina: cuius ſubiectum,cum ſit ipſum naturale corpus,in vniuerſum conſideratum; hinc eſt,cur Naturalis philoſophia, Φυσικὴ nuncupata à Græcis, per naturalis corporis conſiderationem(quicquid alij dicãt)à Mathematica differat,& Methaphyſica. Verùm his,tanquã notis dimiſsis,qũo Naturalis Philoſophia ſit ſcientia,& quot eius partes,& ad quam,aduerſantium reducantur aſſertiones,perpendamus. Ad hęc,& quò ad primum, Naturalem Philoſophiam eſſe ſcientiam,& hanc ſpeculatiuam,indè pateſcit; quòd cum ſit habitus intellectus, & hic cum diſcurſu H acquiſitus,ipſarum concluſionum: nulli dubium eſt,eſſe ſciẽtiam, vnamq; habitus ſpeculatiui intellectus, ſpeciem; quę cum per demonſtrationem ſit acquiſita,ſcientia nuncupatur: Habitus.n. intellectus, cum acquiri poſsit cum diſcurſu, vel ſine diſcurſu, & hic eſſe poſsit de cõcluſionibus tantùm,vel de concluſionibus,& principijs; ſequitur vt ſi ſit de concluſionibus tantùm,ſcientia oriatur, quæ firmus, certus, & euidens concluſionum, per demonſtrationem acquiſitus eſt habitus: ſi verò de cõcluſionibus,& principijs, ſapientia proficiſcatur, quę ſimilitèr habitus exiſtens intellectus, eminentiſsima principiorum, quę circa res diuinas verſantur, extat

Definitionis explanatio.

Quę conſideret Philoſophia naturalis.

Naturalis philoſophię diſcrimen ab aliis ſcientiis.

Naturalis philoſophię ſubiectum.

Quomodo philoſophia naturalis ſit ſcientia.

Quid ſit ſcientia.

Sapientia quid ſit.

A extat cognitio. Quòd ſi habitus intellectus acquiratur ſine di-
ſcurſu, altera hinc effluit ipſius ſpecies, quę intellectus propriè
dicitur, & indemonſtrabilium, atq; primorum principiorum eſt
habitus; atq; hæ, intellectualis habitus ſpeculatiui ſunt ſpecies,
Scientia inquam, Sapientia, & Intellectus: inter quas, Naturalis
philoſophia cum non ſit intellectus (non enim inſurgit ex inde-
monſtrabilium principiorum cognitione) non ſapientia, quia
circa res non verſatur diuinas; quarè erit (vt dictum eſt) ſcien-
tia, ſpecierum ſcilicet naturalium, ſiue corporum, eorumq; af-
fectionum, per ſuas concluſiones, & cauſas acquiſita. quando
B vel ipſomet Ariſtotelis teſtimonio, primo poſteriorum ſecundo;
Ἐπίςαϑαι οἰόμεϑα ἕκαςον. ἁπλῶς, ἀλλὰ μὴ τὸν σοφιςικὸν τρόπον,
τὸν κατὰ συμβεβηκὸς, ὅταν τὴν αἰτίαν οἰόμεϑα γινώσκειν, δι'
ἣν τὸ πρᾶγμα ἐςιν. *Scire ſcilicet arbitramur vnumquodquè ſimplici-
tèr, ſed non ſophiſtico modo, qui eſt ſecundum accidens, cum cauſam
exiſtimamus cognoſcere, propter quam res eſt.* Naturalis igitur phi-
loſophia eſt ſcientia, & habitus eſt intellectus ſpeculatiui, cum
& per cauſas, & circa neceſſaria, non contingentia acquiratur,
atq; verſetur. Nàm ea ratione, prudentia, & ars ſunt aliæ duæ
ſpecies habitus intellectus, ſed practici; qua, prudentia circa agi-
C bilia verſatur, & contingentia, quæ homini mala futura ſunt, vel
bona (vnde recta rerum agibilium à nobis dicitur ratio) & Ars
circa factibilia cuncta, non ſolùm futura (vtì prudentia) ſed, &
pręſentia reperitur, vnde rerum factibilium ratio nuncupatur.
Atq; his, hunc in modum, pro illuſtranda dicendorum noſtro-
rum veritate, conſtitutis, cum ſatis ſuperq; conſtet, Naturalem
philoſophiam (quam tantoperè affectamus) eſſe ſcientiam; quot
eius ſint partes, ex ſubiecti (quod erat naturale corpus) contem-
platione, venemur. Naturale igitur corpus, in genere conſide-
ratum, tùm iuxta ipſius principia, materiam, formam, atq; pri-
D uationem, quadruplex itidèm genus cauſarum, materiam, for-
mam, efficientem, ac finem in duobus primis phyſicorum libris,
(quos iure meritò περὶ ἀρχῶν, ideſt de principijs dictitāt Gręci)
tùm iuxta eiuſdem affectiones, motum, tempus, vacuum, locum,
infinitum, &c. in ſex poſterioribus (vt diſcurrenti patebit) cum
eſſe poſſit ſimplex, vel compoſitum, Simplicis habemus cogni-
tionem in libris de Cœlo; in primo, in quo agitur de eſſentia Cœ-
li; in ſecundo vbi de proprietatibus; in tertio, & in quarto, in
quibus, elementorum mundanam hanc molem, conſtituentium
aſſignatur tractatio: Compoſiti verò, in libris de generatione
& corruptione, & reliquis ſequentibus; in his quidem ſpecificè,
in illis autem genericè: Compoſitum namq; corpus, ſiue mix-
tum,

Intellectus quid ſit.

Scientię defin. allata ab Ariſt 1. poſt. c. 2.

Prudentia, & Ars ſunt ſpecies habit⁹ intellectus prácti.

Naturalis philoſophię partes pendent e eius Subiecti cõſideratione.

Naturalis ſimplicis corporis cognitio habetur in libris de Cœlo.

Compoſiti in libris de generatione, & ſequentibus.

tum, cum ſit perfectum, vel imperfectum, vtriuſq; contemplatio E
ſub naturalem cadit philoſophiam, imperfecti ſub diſcurſum librorum, qui Metheorologici nuncupantur, perfecti ſub quartum eorundem; quod quidem mixtum, cum eſſe poſſit omogeneum, & inanimatum, in genereq; conſideretur, ac ſpecie. Tractatur de mixto compoſito omogeneo inanimato in eodem, in ſpecie verò, etherogeneo, & animato, & in decem de Hiſtoria animalium, & quatuor de partibus eorundem, & vno de inceſſu; & tribus de anima: quinq; paruorum naturalium, vno de motu animalium, quinq; de generatione animalium; vno de vitę longitudine, ac breuitate, altero de iuuentute, & ſenectute, alio de morte, & reſpiratione, & quinq; demùm de plantis, quos Theophraſtus abſoluit: F
In quibus ſanè omnibus libris, à decem ſcilicet de Hiſtoria animalium, vſq; ad libros de plantis principia iactantur materialia, & formalia mixti animati corporis, affectioneſq; perpenduntur eiuſdem in vniuerſis: principia quidem, & primùm materialia, in libris de partibus animalium, & in libro de inceſſu; formalia in tribus de anima; affectiones verò in ſequentibus: adeò vt, cum tota naturalis philoſophia, his omnibus aſſeruetur in libris; eius partes, quæ ſequuntur extiterint. Prima, quę rerum omnium naturalium in genere, quatenus cadunt ſub naturale corpus vniuerſalitèr G
conſideratum, principia tractat, & affectiones. Secunda, quæ eadem nobis in gratiam ſimplicis corporis, proponit in ſpecie, quale cœlum, & elementa. Tertia, quæ compoſitorum eadem asſignat in genere, tàm.ſ.in mixtorum imperfectorum gratiam, quàm perfectorum. Quarta, quæ imperfectorum dumtaxat (vt Metheora omnia) ꝓponit in ſpecie. Quinta, quę perfectorum (vt Methalla) in genere asſignat, ac ſpecie. Et ſexta, quæ mixtorum omnium animatorum, in genere pariter, ac ſpecie, principia affert, atq; affectiones. Quid autē corpus ſit naturale, quid ſimplex, quid mixtum, imperfectum, perfectum, inanimatum, & animatum, epilogo cum dabitur occaſio, demonſtrare tentabimus. Placuit in præſenti H
Ariſt. libr. omnium, & partium naturalis philoſophiæ rimari elenchum, quò omnes intelligant, & ad quam Authorum Apologiæ redigantur aſſertiones, & quomodo in quacumq; noſtra cōſiſtere poſſit, doctrina. Quarè ad inſtitutum vt accedamus, manifeſtum eſt, quòd aſſerentibus ijs. *Poſita aliqua materia ſub una forma exiſtente, ſi hæc corrumpatur, & noua forma introducatur, talis materia amittit omnes qualitates illas, quas prius habebat, & aſciſcit ſibi nouas qualitates, dependentes à noua forma introducta, &c.* quouſq; concludant in vndecima aſſert. formę prioris corruptionem, & generationem nouę fieri in inſtanti: nulli dubium ad, de generatione, & corruptione

De quibus diſſerat Ariſt. in omnibus ſuis libris.

Naturalis philoſophiæ partes, vnde effluant vniuerſæ ac de quib[9] in ſingulis diſſeratur.

Ratio enumerationis libr. Ariſt. & partiū philoſophiæ naturalis.

Aſſert. quinta. Author. Apologię.

ptione

E ptione libros, eiuſmodi aſſertiones omnes attinere; eoq; magis, cum de mixtione, differentes in 3 r.43.44.& infrà, de augumentatione verò 42 & alibi: de his omnib⁹ agendum proponat Philoſophus. inquit.n. in initio dictorum librorum, *De generatione autèm, & corruptione eorum, qua natura generantur, & corrumpuntur, ſimilitèr de omnibus; & cauſas diuidendum; & rationes eorum determinandum, amplius autèm de alteratione, & augumentatione; quid utrumq; ſit, &c.* Adeo vt, de his, cum differendum proponat Peripateticorum Princeps, in de generatione, & corruptione libris, ac de eiſdem, ſermonem inſtituant Apologię Doctores; noſtrę F ſint partes, & Ariſt: explanare conſilium, & eorum, in philoſophica trutina librare aſſertiones: quapropter, vt eò demùm res deueniat, quò propoſitum eſt, quid Philoſophus ſentiat pręfatis in libris, ad tertium naturalis philoſophię partem, redactis; quid in Apologia, aduerſarius, aperire tentandum.

Aſſertiones auctorum Apologiæ eędem cum ijs quæ à Philoſo. afferuntur in lib. de generat. & corruptione.

ARISTOTELIS inſtitutum, in libris de generatione, & corruptione ſpectatur; ubi quòd ſit docere principia, & affectiones, mixti naturalis corporis (eorum librorum ſubiecti) oſtenditur; quid mixtum ſit naturale corpus definitur, quæ eius ſint principia, decernitur: elementorumq; aſſignata duplici neceſſitatis cauſa, ipſorum ex Galeni mente, & Ariſtot. affertur definitio. *Cap. II.*

G SVMMI Pręceptoris, ac peripateticæ ſectæ Principis, Ariſtotelis, ijs in libris, quos de generatione, & corruptione inſcripſit, quoſuè in tertia naturalis philoſophiæ, locauimus ſede, illud ſempèr fuiſſe inſtitutum; principia.ſ.atq; affectiones mixti naturalis corporis (eorum librorum ſubiecti) proponere, & indagare; vel hinc ſatìs poteſt patêre; quòd cum eadem, in libris de Cœlo, & Mundo aſſignarit, in gratiam ſimplicis; rationi conſentaneum erat, vt mixti oſtenderet in ſequentibus. Proponens namq; ſibi Philoſophus, ordinem inſectari, qui à genere procedit ad ſpeciē: H ac tractaturus de ſpeciebus mixti huius naturalis corporis; de ipſomet mixto corpore, vt generabili, & corruptibili, alterabili adhùc (vt ita dicamus) & augumētabili in genere debebat priùs orationem conflare; indè verò eius vniuerſas ſpecies, quæ plures ſunt, rimari, atq; perpendere. Id quod, cum in libris de generatione, & corruptione abſoluat philoſophus: mixtū naturale corpus, eorum librorum eſſe ſubiectum, manifeſtè, & citrà omnium controuerſiam, conſequetur. Verumenimuerò quià minùs bellè id fieri poterat, abſq; tractatione, principiorum ipſius, necnon affectionum eiuſdem: hinc eſt, quod tale eorum librorum fecit

Philoſoph. inſtit. in de generat & corrupt. lib.

Ordo, qui obſeruatur ab Ariſtot. in expl. philoſ. natur.

Corpus mixtum naturale eſt ſubiectum dictorum librorum.

 exordium.

exordium. *Περὶ δὲ γενέσεως, καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γινομένων, καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων, τάς τε αἰτίας διαιρετέον, καὶ τὰς λόγους αὐτῶν.* &c. hoc eſt. De generatioue autèm, & corruptione, eorum, quæ naturà generantur, & corrumpuntur, ſimilitèr de omnibus, & cauſas diuidendum, & rationes eorum determinandum: Vbi boni quicumq; interpretes, cauſarum nomine, intelligentes principia, & nomine generationis, corruptionis, augumentationis, alterationis, &c. affectiones, vt nomine eorum, quæ generantur, & corrumpuntur, corpus ipſum naturale mixtum, quod generationem, corruptionem, alterationem, & augumentationem aptum eſt pati: nulli dubium, quòd, mixtum naturale corpus, eorum librorum, ac tertię, naturalis philoſophię partis, erit ſubiectum: Hoc igitur quid nunc ſit, philoſophandum. Nō itaq; recedētes, à verę philoſophiæ præceptis, aſſerimus mixtum naturale corpus illud eſſe, quod plura motus in ſe habet principia, & per conſequens, plures mouentes naturas: primum, fuit dictum, vt coſtaret mixtum corpus, non ſolùm habere motum localem, ſed alterationis, augumētationis, ac reliquas omnes (quas inferiùs proponemus) ſpecies; dictum fuit ſecundum, ad differentiam ſimplicis; cuius ſimplex tantùm eſt motus, & plures non extant mouentes naturæ: & licèt animal, quod mixtum naturale eſt, vnicum tantùm ſui motus habeat principium, id, non vt mixtum eſt, obtinet, ſed vt animatum: ratione enim, qua animal, mixtum eſt, plures habet mouentes naturas, ſuiq; motus ad generationem, corruptionem, alterationem, & augumentationem, principia. conflatum namq; ex elementis, & ratione qualitatum alteratiuarum, calidi, humidi, frigidi, ſicci, & motiuarum, grauis, & leuis; varias, atq; diuerſas ab igne, aëre, aqua, ac terra, mouentes habet naturas, ex diuerſiſq; conflatum eſt motus ſpeciebus.

Quumq; ſit ignis aqua pugnax, uapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia fortibus apta eſt.

canebat Ouidius. Cœterùm quales, ac quot in mixto naturali corpore mouentes exiſtant naturæ, patebit inferiùs: ſubiectum nunc librorum de generatione, atq; corruptione, quid ſit, & quale ſit, cum innoteſcat; quę eius ſint principia (omni poſthabita *λογομαχία*) quæramus. Obitèr igitur vniuerſa tractantes, decernimus, ne dùm quæcumq; in mundo ſunt, ex elementis (quæ *Τὰ ςοιχεῖα* à Gręcis dicuntur) eſſe conflata; proindeq; elementa, mixti cuiuſq; eſſe principia, ſed mundum ipſum: diuerſa licèt ratione: vbi enim Mundus factus eſt integer, ex elementis prout grauibus, & leuibus; mixtum omne factum eſt, ex elementis, vt calidis, humidis, frigidis, ſiccis: atq; hanc ipſam veritatem nulli rectè

Philoſophi verba interpretata.

Intellectus verborum Ariſtotelis.

Subiectum librorum de gener. & cor.

Naturalis mixti corporis definitio.

Simplex corpus, ſimplicē habet motum.

Elemēta ſunt rerum omniū natural. principia.

A B C D

E recte philoſophantium ignorantes, cuncta elementarem ſapere naturam, fuêre textati: & Ariſtoteles, videns ex elementis compoſita omnia proficiſci: triplicem in principio, ſecundi de partibus animalium, rerum omnium aſſignans compoſitionem, primã eam conſtituit, quæ ex elementis, ab antiquioribus vocatis igne, aëre, aqua, terra inſurgit, & de hac ipſa loquens Naſon,

Sanè ubi temperiem ſumpſere, humorq; calorq;,
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.

Prima rerum omnium cõpoſitio eſt ex elementis.

fœlicitèr cęcinit, humido. ſ. adnexo cum frigido, & calido cum

F ſicco. Et porrò elementorum vſum volentes perquirere, duplicem ob cauſam, à Deo optimo maximo (de quo ſcriptum eſt

Vnus ego, ipſa elementa rego, nec mole laboris,
Vt miſer, infirmuſq; aliquis, fragiliſq; fatigor)

elementa, creata eſſe comperimus; prima cauſa eſt, vt Mundus integraretur, per propriam eorum naturam; nàm

Hanc Deus, & litem melior natura diremit.

Elementorum creationis cauſa duplex, & quæ.

cantauit idem: ſecunda, vt mixta omnia, ex eiſdem reportarent originem. Mundus enim quem κοσμὸν, & καλλωπισμὸν, Illuſtris, ac Reuerendiſſ. Varinus Phauorinus, Nucerinus Epiſcopus, Affinis noſter (Auunculus enim extiterat Phauorini parentis) in ſuo magno totius lingnę Gręcę comment. appellauit; non

G alia lege, eiuſmodi ornauit nomenclatura, niſi quià τὸ σύςημα ἐξ ὐρανῦ, καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τῷ μέσῳ exiſtit, ſtructura ſcilicèt quædam, & conſiſtentia, ex cœlo, & terra, & ijs, quę ſunt in medio, igne. ſ. aëre, & aqua: quia enim vtì Naſon dicebat.

Cur Mundus dictus ſit κοσμὸς, & καλλοπίςμος.

Ignea conuexi uis, & ſine pondere Cœli
Emicuit, ſummaq; locum ſibi legit in arce,
Proximus eſt aer illi, leuitate, locoq;,
Denſior his tellus, elementaq; grandia traxit,
Et preſſa eſt grauitate ſui circumfluus humor,
Vltima poſſedit, ſolidumq; cœrcuit orbem.

Mũdus ẽ cõſtitutus. Sed quò nr̃ iàm tẽdit hic ſtylus? Ad philoſo-

H phiã itaq; reuocãtes. Cõcludendũ, ꝙ ex eo quia, duo qualitatũ genera indita fuêre elementis, motiuum vnum, alteratiuum alterum, & mundus factus eſt integer, & mixta vniuerſa in eo contenta, ſuam reportarunt eſſentiam. Quamobrèm agens Ariſt. de elementis, iuxtà primum qualitatum genus, in libris de Cœlo, & Mundo; agit de eiſdem, in, de generatione, & corruptione libr. iuxtà ſecundum; quo in loco explanantes doctiſſimi viri, quid Ariſt. voluerit in definitione, naturalis mixti corporis, per mouentes naturas; cum decreuerint, intelligenda eſſe elementa: hęc firmiſſimè remanet, decernenda eſſe, mixti cuiuſq; naturalis cor-

Duplex qualitatum genus elementorum & quale.

In quibus libris, & quo nomine agatur de elementis ab Ariſtotele.

Sola elemēta ſunt, quę habēt per ſe plures mouentes naturas.

poris principia: cum re vera, elemēta ſint, quæ plures, atq; diuerſas, in ſe mouentes habent naturas, & varia inter ſe motionum generaiper ipſa verò, mixtorum genus vniuerſum, quod calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, graue itèm, ac leue, &c. ex elementis exiſtit, elementa ergo, mixti cuiuſq; naturalis corporis, cum ſint principia: de his, diſſerēdum, quòd itaq; ad nomen; compe- A
rimus, ex Gal. com. lib. de natura humana, elementi nomen abuſiuè dici, de alijs, quàm ipſis, à nobis vocatis elementis, ſimplicibuſq; corporibus; Nàm ipſe etiam Ariſt. definiens elementum in 5. Methaph. 4. per quid diuiſibile ſpecie, in aliā ſpeciem, viſus eſt, elementi nomen, commune feciſſe, tum ipſimet materiei primæ, B
tum quatuor ſimplicibus corporibus, elementis etiam nuncupatis. Illud .n. cum propriè dicatur elementum, quod maximè primum, & ſimpliciſſimum eſt; cuiuſmodi materia prima, & forma; his quoq; elementi nomen cōmune videtur: Cæterùm quià prima materia (licèt maximè propriè elemētum dicatur) mixti naturalis corporis immediatum non extat principium; nec plures in ſe mouētes, actu habet naturas, ad omnes quamquàm ſit in potentia, illius in præſenti emiſſa tractatione: quid elementum ſit, vt ſub huius nomen cadit, quatuor primorum ſimplicium corporum, ignis nimirùm, aëris, aquæ, & terræ appellatio, inquiramus; Gal. igitur 1. de element. 1. dicens. Ἐπειδὴ τὸ στοιχεῖον ἐλάχιστόν ἐστι μόριον, ὅπερ ἂν ᾖ στοιχεῖον. manifeſtè inquit. *Elementum, eſt minima rei particula cuiuſcumque fuerit elementum:* Sunt enim C
elementa, reſpectu rerum compoſitárum, corpora ſimplicia, ex quibus id quod compoſitum eſt, primò conſtituitur: Minima rei portio dicitur elementum, quoniàm cum ad ipſum peruentum eſt, nullam ſectionem admittit. Simplicia corpora, elementa dicuntur, quià ſimplici qualitate ſunt prædita, nec quicquam præter propriam, & ſimplicem formam, habent admixtum: Hæcq; elementi, per Gal. eſt definitio, à qua doctiſsimus 3. Cœli 31. non recedens Philoſophus. *Sit (dixit) elementum, illud corporum, in quod alia corpora diuiduntur, quod ineſt potentia, aut actu, hoc enim utro modo ambiguum eſt;* Eccè, vbi Galenus elementum definiuit, per minimam rei portionem, Ariſtot. definiuit per illud corpo- D
rum, in quod alia diuiduntur; iam verò, quid hæc ſunt, niſi minima rei, quam conſtituit portio? Sed alias à Philoſopho allatas explanantes particulas. Magnus Com. 12. Methaph. com. 20. docens, quid ſibi voluerit Ariſt. per ineſſe actu, & per ineſſe potentia, apertè oſtendit, quòd elementa rerum exiſtentium in actu, quædā ſunt in actu, & quædam in potentia, & illa (inquit) eſſe dicuntur in actu, quæ diſſoluto compoſito, remanēt in actu, vt diſſolu-

Elementi nomen cōmune alijs quàm elementis vocatis.

Elemētū ꝓpriè quod ſit.

Elementi def. ex Gal.

Elementi def. Ariſt.

Quid ſit elementum ineſſe actu, & quid potentia.

E to mixto, dicuntur remanêre quatuor ſemplicia corpora: illa verò elementa dicuntur in potentia, quę corrupto etiam, & diſſoluto compoſito, non remanent actu, ab inuicèm ſeparata; ſed ſic ſe habent, ſicut ſunt elemẽta, ex quibus componuntur corpora ſimplicia, materia videlicet, & forma. Atq; his, hunc in modum conſtitutis; cum eadem ſit definitio noſtri Galeni, cum illa Ariſt. dicamus id tantùm diſcriminis intercedere, quod Gal. elementum, via compoſitionis definiuit, Ariſt. autem via reſolutionis; quo eodem modo, definiens ipſam primam materiam. Elementum ſanciuit 7. Methap. com. vlt. eſt id, in quod diuiditur inexiſtens, vt
F in materiam. Verùm properemus ad alia.

Gal. & Ariſt def. eadem.

QVOMODO' elementa principia ſint, mixti naturalis cuiuſq; corporis, per quatuor primarias, ac ſibi oppoſitas qualitates; quarum aſſignata eſſentia: cur primæ dicantur: ſint quatuor numero, aliæ actiuæ (ut caliditas, & frigiditas) aliæ paſſiuæ (ut humiditas, & ſiccitas) quamue ob cauſam, unà cum omnium in mixtione uſu, excutitur. Cap. III.

QVOD igitur, elementa (vt quatuor prima ſimplicia corpora, ſub his aſſeruantur) mixti cuiuſq; naturalis corporis, extent principia quiduè elementa, apud coripheos philoſophiæ, ac medicinæ ſint; ſuperior iam
G ſatis monſtrauit oratio: quarè inſtitutum proſequẽtes, quomodò id principij munus, elementa abſoluant, philoſophandum. Ab Ariſtotele igitur non diſcedẽtes: edocens hic ſummus philoſophus 2. de partib. animal. cap. 1. triplicem rerum naturalium, atq; mixtorum, eſſe cõpoſitionem, apertè viſus eſt edocêre, quomodò eorundem elementa per alteratiuas exiſtant principia qualitates. Habens. n. Τριῶν δ' οὐσῶν τῶν συνθέσεων,
» πρώτην μὲν ἄν τις θείη τὴν ἐκ τῶν καλουμένων ὑπό τινων στοιχείων,
» οἷον γῆς, ἀέρος, ὕδατος, πυρός. ἔτι δὲ βέλτιος ἴσως ἐκ τῶν δυνά-
» μεων λέγειν, καὶ τούτων, οὐκ ἐξ ἁπασῶν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἑτέροις εἴρηται, καὶ πρότερον. hoc eſt, *Tribus igitur exiſtentibus compoſitio-*
H *nibus, prima ſtatui poteſt ea, quæ ex dictis, à quibuſdam elementis conficitur, uelutì terra, aere, aqua, igne; ſed meliùs fortaſſè eſt dicere, ex horum uirtutibus, & his non omnibus, ſed ut in aliis libris priùs eſt dictum:* clariſſimè oſtendit, per eorum virtutes, ſeu qualitates, ſed non omnes, id principij munus elementa abſoluere: proponens verò paulò infrà, quęnàm ſint eiuſmodi qualitates, ita inquit. *Humi-*
» *ditas, & ſiccitas, caliditas, & frigiditas, materia ſunt corporum compoſito-*
» *rum, ceteræ autèm differentiæ eas ſequuntur, ut grauitas, leuitas, denſitas, raritas, aſperitas, lenitas, & reliqua id genus prædictorum corporum affectiones.* atq; huc vſq; Philoſophus, qui dicens propria lingua,

Triplex rerũ omnium cõpoſitio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Virtutes elementorum.

ὑγρὸν γὰρ, καὶ ξηρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, ὕλη τῶν συνθέτων σωμάτων ἐςὶν, apertè decernit, humiditatem, ſiccitatem, caliditatem, & frigiditatem (quæ virtutes, & qualitates ſunt elementorum) ad mixti cuiuſcumq; conſtitutionem, concurrere; quam eandem veritatem, repetens 2. de generatione, & corruptione, exploſis, à tex. 6. infrà, varijs aliorum ſententijs; alteratiuas qualitates, mixti corporis, eſſe principia, apertè prædixit, & Toletus Illuſtrisſimus Author ab Ariſtotele non diſſentiens, inquit. *Elementa ſunt quidèm principia aliorum corporum, ſed tertio loco, nàm materia, & contrarietas ſunt principia priora, at contrarietas eſt inter qualitates, igitùr hæ erunt principia.* Cœterùm animaduertendum, non vt prorſus accidentia, elementorum primarias, atq; ſibi inuicèm contrarias qualitates, mixtorum corporum eſſe principia (ab accidenti enim ſubſtantia emanare non poteſt, vt ſuo loco dicetur) verùm vt cauſę, & diſpoſitiones neceſſarię, antecedentes, & diſponentes materiam, ex qua, mixtum producendum eſt; nàm cum elementorum verę apud nos delitefcant formæ, per quas agunt; fit vt harum loco in elementorum explanandis proprietatibus, primas eorum qualitates, vt proprias cauſas, & formas aſſumamus; tanquàm ab his actio pendat, apud nos, elementorum, circa mixtorum productionem. hincuè factum eſt, cur Ariſtoteles, Galenus, cœteriq; philoſophiæ Principes, decreuerint, primas quatuor qualitates conſpirare, vnà cum cœlo, & aſtris, cauſaq; efficienti particulari, ad mixtionem, certamq; generationem; quarè cùm compertum iam ſit, quomodò per qualitates, elementa, mixtorum corporum ſint principia: Sciendum vnà cum qualitatibus, etiam elementorum ſubſtantiam, ad mixti cuiuſq; generationem venire; generatio enim, cum abſq; mixtione fieri nequeat, ea, quæ miſcentur, certum eſt eſſe corpora naturalia, ſiue ſubſtantias, & proindè elementa, locum occupantia; quæ cum in vnum venêre locum, ſi debeant ſimul miſceri, vim habeant agendi & patiendi, eandemq; ſubiectam materiam, neceſſe eſt, quarè contraria inter ſe elementa eſſe, apparet; Vndè per contrarietatem, ad mixtorum generationem, qualitates elementorum accedere dicuntur, non inquam omnes, vt & Ariſtotelis propoſuit, ſed quæcumq; aut voluptate, aut immani dolore, tactum noſtrum afficiunt; huiuſmodi autèm, cum ſint tantùm quatuor, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas, harum gratia, elementa mixtorum corporum, cenſentur principia. Sunt autèm elementorum qualitates (vt plenisſimè harum eſſentia habeatur) de primarijs nobis eſt ſermo, ſpecificæ quędam, apud nos eorundem formę, dicimus formas, quoniam

Elementa eſſe principia mixtorum p qual. alteratiuas.

Qualitates sũt principia diſponentia mixtorum.

Cœlum conſpirat cũ primis qualitatibus ad mixtorũ productionum.

Quæ miſcentur ſunt ſubſtantiæ.

Elementa sũt principia mixtorũ per quatuor ſibi oppoſitas qualitates.

A B C D

E niam hæ elementis condonant eſſe; ſed an de genere accidentium, an ſubſtantiarum ſint, Ariſt. paſsim vno verbo declarat, ſcribens qualitates omnes, accidentia eſſe; nec à Philoſopho, recedens Gal. ſentit, & ipſe qualitates accidentales, elementorum inſeparabiles, tñ proprias, ac primas exiſtere formas; Primæ dicuntur tum quià, ab alijs ſibi prioribus non ducunt originem, tum quià, reliquarum omnium, cenſentur cauſę, ſicuti etiam, de prima materia, & forma ſtatuerunt Philoſophi; quià enim, nec ex alijs, nec alterutris conſtituuntur, ſed omnia fiunt ex eis, proptereà prima rerum omnium naturalium dicuntur, principia;

Definit: qualitatum elemét.

Materia prima & forma prima sũt prima rerum naturalũ principia.

F Nàm ſi raritatem perpendamus, & leuitatem, à caliditate, vtraſq; productas eſſe comperiemus; ſi mollitiem, & lenitatem, ab humiditate: ſi grauitatem, & duritiem, à frigiditate; ſi tandèm, his addatur aſperitas, à ſiccitate, ortum traducere comprobabimus: adeò vt, ſi numerus ſpectandus ſit qualitatum; quarum beneficio elementa ſtatuimus principia mixtorum omnium naturalium, hic quaternarius erit, iuxtà numerum, elementorum ſatis abundè à Philoſopho comprobatum, & ante hunc ab Hyppocrate, libro de natura humana demonſtratum; & ratio eſt, quod cum vnumquodq; elementum, ad mixti cuiuſquè naturalis concurrat conſtitutionem; per propriam formam concurrere neceſſe eſt; ignis ſiquidèm per caliditatem, quæ igni eſt propria; aër per humiditatem;

Quaternarius qualitatũ elementorũ numerus vnde;

G aqua per frigiditatem; per ſiccitatem terra: ad hanc veritatem reſpiciens Philoſophus 2. de gener. & corrup. clariſsimis inquit verbis. „ *Calidum eſt, quod congregat ea, quæ ſunt eiuſdem gene-* „ *ris, ſegregare enim, quod inquiunt facere ignem, congregare eſt ea, quæ* „ *eiuſdem generis ſunt; contingit enim excipere aliena, frigidum autèm,* „ *quod coniungit, & congregat ſimiliter, & ea quæ eiuſdem generis, & quæ* „ *nõ eiuſdẽ generis* hæc habuit Ariſt. in tex. 8. ſubdit autèm in 9. *Humi-* „ *dum autèm, quod interminabile proprio termino, facile terminabile exiſtens,* „ *ſiccum autèm facile terminabile proprio termino, difficultèr autèm terminabile.* hęc ibidèm Philoſophus, qui proponens, proprias elementorum formas, per primas, & ſibi inuicèm contrarias qualitates,

Vsus primarũ qualitatum in mixtorum productione qualis.

H nobis deſignatas; proponit, & numerum, aſsignatq; in actiuas, & paſsiuas diuiſionem; numerum quidèm, dicens oportêre actiua, & paſsiua adinuicèm eſſe elementa, quàm actiuitatem, & paſſibilitatem, cum habeant per qualitates, has nobis recenſens, inquit. *Sunt autèm contrarietates ſecundùm tactum hæ, calidum, frigidum,* „ *ſiccum, humidum, graue, leue, durum, molle, lubricum, aridum, aſperum, le-* „ *ne, craſſum, tenue. Horum autèm, graue quidèm, & leue, neq; paſſiua, neq; actiua, non enim faciendo aliquid alterum, neq; patiendo ab alio dicuntur, &c.* ex quibus omnibus qualitatibus, primas quatuor

Cõtrarietates ſecundum tactum, quæ.

aſſumens Philoſophus; grauitatem, & leuitatem, dictas ob cauſas; A
reijcit alias verò, tum ob prędictas, tum quiâ, quodlibet non agit
in quodlibet: & patitur à quolibet, ſed in contrarium, & à con-
trario: nequè ſimile patitur à ſimili, ſed à contrario; huiuſmodi
itaq; actio, & paſſio, & contrarietas; cum inter calidum, & frigi-
dum, humidum tantum, & ſiccum reperiatur: reſtat numero
quatuor, primarias eſſe elementorum qualitates: & quamquàm
philoſophantes omnes vno affirment ore, calidum, & ſiccum eſ-
ſe ignem; aërem calidum, & humidum; aquam frigidam, & hu-
midam; frigidam, & ſiccam terram, itá vt per binas qualitates,
vnumquodq; elementum ſuas exercère videatur actiones: non
proptereà ſuſpicandum, octo elementorum eſſe formas, & ſin- B
gulum elementum, binas habere in ſummo qualitates, quoniàm
ſiccitas, eſt quid conſequens caliditatem in igne, caliditas humi-
ditatem in aëre, vt humiditas frigiditatem in aqua, frigiditas ſic-
citatem in terra; non enim vnius ſubiecti, duplex prima eſſe po-
teſt forma: pręterquamquòd, ſi ſiccitas in ęquali eſſet gradu in
igne, vt caliditas; ſupernacanea ſiccitas, eſſet terræ, nec eius ex-
quireretur vſus, & ſic de reliquis. verùm de qualitatum numero
ſufficiant iſthæc. Quò ad diuiſionem, depromptam ex eodem
Philoſophi textu; diuiduntur hę quatuor qualitates, in actiuas,
& paſſiuas. *Calidum* (dicit Philoſophus) *autèm, & frigidum, &*
ſiccum, & humidum, illa quidèm quiâ actiua ſunt, hæc autèm quiâ paſſiua
dicuntur. cur autèm calidum, & frigidum, actiua ſtatuat Philoſo- C
phus; humidum, & ſiccum, paſſiua: & quomodò actiua inui-
cèm, & paſſiua hæc quatuor eſſe poſſint, inquiſitione videtur di-
gnum. quò ad primum, actiua calidum, & frigidum ſtatuit, com-
paratione facta cum ſicco, & humido; quoniàm definiens ſimpli-
cem generationem 1. & 2. cap. 4. Metheorolog. *Hanc, dixit eſſe*
traſmutationem, ab his uirtutibus (per virtutes intelligimus qualita-
tes, vt, & 2. de partibus animal. loco citato) *cum habent rationem*
ex ſubiecta materia, uniciuſq; naturæ, hæ autèm ſunt dictæ uirtutes paſſiuæ.
Ἔστι δ' ἡ ἁπλῆ καὶ φυσικὴ γένεσις μεταβολὴ ὑπὸ τούτων τῶν δυνά-
μεων, ὅταν ἔχωσι λόγον, ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὕλης ἑκάστῃ φύσει D
αὗται δ' εἰσὶν αἱ εἰρημέναι δυνάμεις παθητικαί. propria ibi dixit
lingua Philoſophus. Quò ad ſecundum (ad primum iterùm re-
uertemur) Actiuę, & paſſiuæ, inuicèm quatuor primę qualitates
eſſe poſſunt, abſq; alia diuiſione, ſi abſolutè, abſq; collatione
vnius, ad aliam conſiderentur, quatenùs videlicèt, in mixtorum
productione, omnes inuicèm agunt, & reagunt; calidum pugnans
cum frigido; & ſiccum cum humido; quæ duæ qualitates ſi com-
parentur poſteà cum calido, & frigido; ex eo quiâ patiuntur ab
vtroq;

Quodlibet nõ agit in quodlibet nec patitur à quolibet. ſed à cõtrario.

Elementorum primas formas eſſe tantũ quatuor.

Siccitas ẽ quid conſequens caliditatem in igne.

Primarũ qualitatum in actiuas & paſſiuas diuiſio.

Calidum, & frigidum actiuum.

Primæ quatuor qualit: quomodo ſint actiuæ, & paſſiuæ inuicem.

E vtroq;, hinc eſt, quod actiuæ iſtę, paſsiuæ illæ nuncupantur his verbis. *Calidum, & frigidum, ut actiua dicimus, concretiuum enim, ſicut actiuum, aliquid eſt, humidum autèm, & ſiccum paſſiua; facilè terminabile enim, & difficile terminabile, & quòd patitur aliquid natura ipſorum, dicitur.* Sed adhùc clariùs, actiuas appellat Ariſt. calidum, & frigidum, quoniàm huiuſmodi qualitates, dominantur, humido, & ſicco; & ſuper vtrumq; rationem habent; vbi interpræ tes vniuerſi, exponentes illam particulam (cum habent rationem, ex ſubiecta materia vnicuiq; naturæ) decreuêre; habere rationem apud Philoſophum, nil aliud ſignificare, quàm agere, vt eſſe ſubiectam materiam, pati. quòd autèm actiuæ qualitates, calidi-

Calidum, & frigidum eſt actiuum.

Habere rationem per Philoſ. quid.

F tas, & frigiditas agant, humiditas, & ſiccitas, patiantur: ex his Ariſt. verbis innoteſcit. Φαίνεται γὰρ ἐν πᾶσι ἡ μὲν θερμότης καὶ ψυχρότης ὁρίζουσαι, καὶ συμφύουσαι, καὶ μεταβάλλουσαι τὰ ὁμογενῆ, καὶ
» μὴ ὁμογενῆ καὶ ὑγραίνουσαι, καὶ ξηράνουσαι, καὶ σκληρύνουσαι, καὶ
» μαλάττουσαι. *Videtur enim inquit in omnibus quidèm caliditas, & fri-*
» *giditas terminare, & copulare, & traſmutare, quæ eiuſdem generis, & non eiuſdem generis ſunt, & humectare, & exiccare, & indurare, & emollire.* iam verò, hęc facere, nil aliud eſt, quàm agere, quemadmodũ humectari, exiccari, indurari, & emolliri, pati. Τὰ δὲ ξηρὰ ſubdit, καὶ ὑγρὰ ὁριζόμενα, καὶ τ' ἄλλα τὰ εἰρημένα πάθη πάσχοντα. Hoc eſt, *Sicca autem, & humida terminata, & aliæ dictæ paſſiones patiuntur*, ex quibus Ariſt. verbis, iterùm colligitur, quòd paſsiuæ

Verba Philoſ.

G qualitates cum ſint ſiccitas, & humiditas (& primarię elementorum qualitates ſint tãtùm quatuor, iuxtà numerum ſubiectorum, quibus inhærerent) actiuæ erunt caliditas, & frigiditas: quòd ſi cauſam indagare velimus, dicimus cum Philoſopho, actiuas eſſe qualitates, caliditatem, & frigiditatem; quoniam hæ dominantur humido, & ſicco: *Generant autem* (inquit ipſe) *calidum, & frigidum, dominantia materiæ*; hoc eſt humido, & ſicco; quod dominium non in alio, eſt collocatum, niſi quòd calor, & frigus, habent vim producendi mixta, ex duabus paſſiuis humido, & ſicco; ità vt quotieſcumq; hæ duę actiuę qualitates, huiuſmodi ſupra paſſi-

Siccitas, & humiditas ſunt qual paſſiuę.

Frigidi, & calidi dominiũ ſupra ſiccum, & humidum vbi ſit ſitum.

H uas, non habent dominium, mixta produci minimè poſsint; cum in confeſſo ſit, ad mixti cuiuſq; conſtitutionem, & maximè perfecti, actiuarum qualitatum ſuprà paſsiuas requiri dominium, quod mixti formam educat, ſiue formam mixto condonet, quomodò autèm patebit modò. Gignendum ſit mixtum, Natura Dei miniſtra, ex elementis, qualitatum ope, rudia quædam profert opera, & alia ex his perfectiora reddit, donèc abſolutum viderit opus; in quo calor hæc pręſtat; Mixtum, quod terræ, & aquæ gratia deorſùm omninò peteret, ſurſùm aliquo pacto ſurgit

Dominiũ qualitatum actiuarum ſupra paſſiuas requiri admixtorũ perfectorum productionē.

Vſus quatuor qualitatum, & primũ caloris.

git; ſiquidem caloris gratiâ fit, vt mixtum ſubtilietur, rarefiat, A
leuigetur, ſicq; facilius erigatur, ſurſumq; tendat, iuxtà cuiuſq;
opportunitatem; cui namq; mixtorum magis ſurſùm neceſſum
erat aſcendere, caloris huic pluſculùm fuit conceſſum, quo me-
diante, ea omnia cœlebrarentur in mixto; & è contra, cui minus,
minimum:

Cur quibuſdã mixtus plus caloris quàm frigoris ſit conceſſum.

Quò ad frigiditatem, hæc præter communem vſum,
contemperandi ſcilicet calorem, hunc alterum habuit particula-
rem, qui ad terræ magis, quàm aquæ ſpectare videtur frigidita-
tem; eſt autèm conſtipare, cogereq; ſi fuerit opus, vt in metallis;

Vſus frigidi.

at in viuentibus, ex Hyppo. ſententia libr. de dieta tùm ignis,
tùm aqua, beneficio ſuarum qualitatum, hominis elementa ſunt B
conſeruantia, ignis quidem per calorem, aqua verò, non dixerim
frigiditate, ſed humiditate potiùs (calido quandò viuamus, hu-
mido nutriamur.)

Quid præſtet ignis, & aqua in hominis generatione.

Quod verò ad humiditatem attinet, huius
munus, & vſus eſt, ſiccum continuare, delineareq; (ſiccum enim
per ſe delineari non poteſt, neq; continuam efficere quantitatem)
facere præterea ad diuiſibilitatem, & facilem impreſſionem; id
quod tùm aëreo, tum aqueo competit humido; aëreo, quià con-
ſtitutum hoc eſt à natura, tanquàm rude quoddam ſubiectum, &
craſſum imaginum, ac ductuum, vt ità dicamus vmbratilium;
aqueo verò, vt ſubiecto apto nato recipere, non ſolùm primas il-
las adumbrationes, ſed, & iàm exactas figuras, atq; perfectas, id
quod per maiórem craſsitiem, humiditatemq; ſibi extat conceſ- C
ſum:

Humidi vſus.

Demùm quòd ſpectat ad ſiccum, hunc habuit vſum, figu-
ras nempè iàm adumbratas, & vndiq; perfectas redditas, in
vtroq; retinêre humido, atq; diutiùs conſeruare, eo prorſùs mo-
do, quo natura delineauit, effinxitq;. vndè mritò ſtatutum vide-
tur ſubiectum, firmum, fixum, ac ſolidum figurarum omnium,
quas natura humidi, & aquei, & aërei gratia efformauit. hęc igi-
tut præſtat in mixtorum productione ſuarum qualitatum ope,
terra, & aqua, de quibus loquens Homerus Iliade, *n*, dùm ſignifi-
cat, hominem ex aqua, & terra conſtitui, atq; in hæc reuerti, his
vſus eſt verbis. ὕδωρ καὶ γαῖα γένεισθε. verùm de primarum qua-
litatum eſſentia, numero, in actiuas, & paſsiuas diuiſione, ac D
vtrarumq; vſu, ſint iſthæc ſatis.

Sicci vſus.

Materialia principia hominis ex Homero aqua, & terra.

MIXTI Naturalis corporis, in genere indagantur affectiones, inter quas cum mixtio ſe offerat in primis, quid ea ſit per definitionem inquiritur, definitio explicatur, diſcrimen opponitur mixtionis, à reliquis motus ſpeciebus, & modus mixtionis per materias, formas ſubſtantiales, & accidentales elementorum apportatur, quidue mixta ex his reportent, inquiritur. *Cap. IIII.*

Mixti

E

MIXTI naturalis corporis (librorum de generatione, & corruptione ſubiecti) principijs aſsignatis, & cauſis, quæ huius ſint affectiones, reliquum, eſt, vt indagare tentemus; ſic enim ſummus Philoſophus, in vnaquaq; ſcientia faciendum ſuaſit, quemadmodùm in prohemio dictorum librorum, quiſpiam poterit obſeruare. Scribens enim, *De generatione autèm, & corruptione eorum, quæ natura generantur, & corrumpuntur, ſimilitèr de omnibus, & cauſas diuidendum,* „ *& rationes eorum determinandum, ampliùs autem de alteratione, &* „ *augumentatione, quid utrumq; & utrum exiſtimandum ſit, eandem eſſe naturam generationis, & alterationis, an ſemotam ut diſtinctum eſt, &*

F *nominibus, &c.* nulli dubium quòd, & ſubiectũ, & huius principia, & paſsiones demonſtrat; has quidèm, dum dixit, De generatione autèm, & corruptione, ampliùs de alteratione, & augumentatione, quid vtrumq; ſit; ſubiectum verò, dum ſcripſit, eorum, quæ generantur, & corrumpuntur cuiuſmodi mixtum omne eſt naturale generationi, & corruptioni obnoxium, principia demùm, dum ſimilitèr de omnibus, quæ ſcilicet generantur, & corrumpuntur, & cauſas diuidendum, & rationes determinandum, pronunciauit: quarè Ariſtotelis ipſe hunc inſectandum ordinem, cum nobis proponat: de ſubiectoq; & huius principijs (ſub cauſarum nomine, à Philoſopho deſignatis) abſoluta iam

G fuerit oratio; ad ſubiecti proprias demonſtrandas affectiones, accedamus; oportet intèr has igitur, cum generatio, corruptio, alteratio, augumentatioq; ſit à Philoſopho aſsignata; vndenàm exordiendum ſit, diù extitimus dubij, quandò naturæ ordinem, nos inſectari volentes, ab hoc Ariſtoteles diſceſsiſſe videtur: Sed vtcumq; ſit, decreuimus, à mixtione ipſa, ſine qua nulla prædictarum affectionum, celebratur, captare exordium: Omiſſa igitur in præſenti, dubitabili illa quæſtione, an mixtio ſit, cum generatio, quæ ſine mixtione fieri non poteſt hanc atteſtetur. quid mixtio ſit per Platonis, Ariſtoteliſquè præcepta, ſpectabimus. Ad hæc, mixtio quę μίξις nuncupatur à Græcis, Philoſophi

H teſtimonio, textu vltimo primi de generatione, & corruptione, τῶν μικτικῶν ἀλλοιωθέντων ἕνωσις ἐστιν. Mixtio ſcilicet miſcibilium alteratorum eſt vnio, pro cuius definitionis explanatione, ſciendum primò: quòd allata mixtionis definitio, finalis cauſæ in elementis obtinet locum; quandò elementa, vt ſupèr innuimus, in libris de generatione, & corruptione, non niſi in componendorum mixtorum gratiàm conſiderantur, vndè quod ſpectat ad genus, huius ſedem gerit dictio illa, vnio; quæ, & mixtionis

Quid agendũ in vnaquaq; ſcientia, vt adipiſcatur à nobis.

Affectiones mixti corporis, quæ.

Affectiones mixti corporis, quę.

Cur à mixtione exordiendũ in explanat. affect. corporis mixti.

Mixtio quid ſit.

Mixtio quid ſit

Conſideratio elementorum in libris de gener. & cor. quænam ſit.

mixtioni, & generationi eſt communis, eſt autèm per hanc vocem (vnionem) intelligenda, forma illa vna, ex quatuor elementis ad inuicèm commixtis, inſurgens; dicens namquè Philoſophus, mixtionem eſſe miſcibilium vnionem, per miſcibilia, intellexit, omnia cum proprijs formis elementa; quę meritò vniri in mixtione dicuntur, & alterari, quoniàm oppoſitam inter ſeſe, cum habeant elementa naturam, niſi aliquo pacto miſceantur, alterenturq; in vnum coire non poſſunt; ad hoc igitur, vt vnio poſit, ex elementis inſurgi, neceſſum eſt, ea alterari; quibus alteratis, attemperatiſq; inſimùl, vnio quædam inſurgit, vndè forma illius mixti, ad cuius conſtitutionem elementa venerunt, emanat, & fluit; quarè vnio in definitione locum habebit generis; dictio (alteratorum) differentiæ; mixtioni poſtquàm alteratio propria eſt, & niſi alteratio fiat mixtio fieri minimè poteſt, quemadmodùm ipſius rei natura demonſtrat. quid quòd, particula alteratio, adeò mixtioni eſt propria; vt per aliam, rectiùs exprimi non poſit; non quidèm, per generationem, & corruptionem, hanc, vel illam, dicendo eſſe mixtionem, generatorum, & corruptorum vnionem; quoniàm abſq; alteratione in mixtione, minùs elementa morantur (alteratione inquam formarum accidentalium, minimè autèm ſubſtantialium vtì dicemus) Non per localem motum, dicendo motorum, aut mobilium, cum localis motus, non immutet, ſed ſuum conſeruet ſubiectum: nec demùm per augumentationem, dicendo augumentabilium, quià definita fuit, à nobis mixtio, non in gratiam viuentium tantùm (ad quę augumentatio præcipuè ſpectat) ſed mixtorum omnium corporum naturalium, tàm animatorum, quàm vità carentium; quibus ſic determinatis, colligendum eſt, quòd mixtio, non eſt mixti, aut mixtorum; ſed elementorum, quæ mixtorum omnium extant materia, qua de cauſa, miſcibilia appellat Philoſophus, eorum nomine quatuor prima ſimplicia corpora, qualitatibus ornata ſuis, intelligens: Etenim cum ea dumtaxàt ſimùl miſceri, & temperari poſſint, quæ per ſe ſeparatìm ſubſiſtere poſſunt; quoniàm nihil in rerum extat natura, quod per ſe poſſit ſubſiſtere, prætèr ſubſtantias, à ſubſtando dictas, has remanet, ſimùl miſceri, & temperari ſimul, vt infrà dicemus, & ideò paſſiones, per ſe miſceri non poſſunt, nequè etiàm in ſe, cùm à ſubiectis ſeparari non queant: quarè, quę miſcentur, elementorum erunt ſubſtantiæ, propria, ac ſibi determinata, inſignitæ forma; & hinc eſt, quod mixtionem dicimus eſſe elementorum; non miſceri mixtum, ſed generari. cum in mixti generandi gratiam, elementa ipſa miſceri dicamus, differunt

Vnio quid ſit apud Ariſt. in elementis.

Alteratio eſt neceſſaria pro vnione elementorum.

Alteratio eſt maximè propria mixtioni.

Quorum corporũ propriè ſit augumen.

Mixtio debetur elementis horumq; ſubſtantiis.

A B C D

E runt autem húiuſmodi voces, miſceri, & generari, tanquàm terminus à quo, & terminus ad quem; miſceri .n. & mixtio ſe habet, vt terminus à quo, genérari verò, & generatio, veluti terminus ad quem; verùm equidèm eſt, ꝙ altera, abſq; altera, motiones ſpecies ſtare non poteſt; ſicuti poſtrema illa particula, primi libri de generar. & corrupr. (*Vnio*) declarat; per quam ſi intelligi debet, (vt exiſtimamus) naturarum elementorum vnio; ita quòd, ex mixtione illa inſurgat natura vna, ſiue forma, hæc abſq; dubio fieri non poteſt, quìn mixtum genéretur ipſum; hoc demùm, quìn, elementorum miſceantur naturę, tum alterabiles, tum alterationi

Diſcrimen inter voces miſceri, & generari.

F minùs ſubiectæ. Cœterùm particulam iſthanc antequàm attingamus, differre ſciendum etiàm mixtionem ab alteratione, & ratio eſt, quòd alteratio eſt rerum accidentalium, mixtio verò ſubſtantialium; quam porrò veritatem noſter cognoſcens Gal. de alteratione propriè dicta loquens lib. de naturalibus facultatibus, Alterationem, communem dixit omnibus his, quæ in qualitate mouentur, mixtionem verò ſubſtantialium, cum propriè miſceri dicantur ſubſtantiæ, non alterari; differt autèm mixtio ab augumentatione, quià differens eſt augumentationis, & mixtionis ſubiectum, illius namq; corpus eſt animatum, huiùs verò inanimatum (vt demonſtrabitur infrà) differt quin etiam mixtio, à cõpoſitione, quià in hac nulla prorſùs fit mutatio, eo quòd illæſa in eo collocantur corpora, in mixtione verò alteratione ſuſcipiunt;

Alteratio eſt rerum accidentalium, Mixtio ſubſtantialium.

Quid differat mixtio à reliquis motus ſpeciebus.

G atq; hæc, de diſcrepantia mixtionis, à reliquis motus ſpeciebus, & compoſitione; nunc quomodò fiat mixtio, & an elementorum qualitates, in mixto remaneant in eodem gradu, in quo erant in elementis, an verò refractæ, videbimus. Quò ad primùm, quod maximoperè negocium faceſſere videtur Apologiæ authoribus. Philoſophantes omnes ſcriptis mandarunt, ad perfectam mixtionem pugnantium in primis qualitatum ipſorum elementorum, pares portiones concurrere, hinc actio, & paſſio, contactus, accomodatus locus, ſtatutum tempus, & cauſæ vniuerſales, efficiens cauſa vnicuiq; propria, & ſingularis, de quibus omnibus in ſequẽti dicetur exercitatione. Nunc, cum elementa rerum omnium

Mixtio quomodò fiat.

H ſubiecta materia ad mixtionem, certamq; generationem conſpirent, per conſpicuas elementorum qualitates, has mutua actione, & paſſione, decenti contactu, & concentu, ſtatoq; tempore ſeſe infringere, & retundere conſtat, quandò non ſummè contraria, ſed remiſſa in eodem ſubiecto (theoremate phyſico) poſſint cõſiſtere. Cœterùm quia ad veram mixtionem, generationemq; veniunt, non ſolùm conſpicuę elementorum qualitates (quę accidentia ſunt) ſed, & materię, ſubſtantialeſq; eorundem formę:

Quę ad veram mixtionẽ cõcurrant.

de

de ſingulis in mixtionis gratiam diſſerendum. Quòd igitur ad A materias (hę.n. in primis miſcentur) omni omiſſa controuerſia, impoſſibile eſt, totas ꝑ totas eas miſceri: nàm prętérquamquòd corporum daretur penetratio, multarum ꝓprietatum, quæ à poroſitatibus proueniunt, cauſas ignoraremus, ac rationes: dicendum ergo, elementorum materias, eo modo, in mixtione eſſe diſpoſitas, quo minimum materiei vnius elementi, plurimum contingat alterius. Simplicia etenim ipſa corpora (oppoſitarum qualitatum beneficio) cum in mixtione factitanda agant, & reagant, euenit vt ipſorum partes, quædam ſint adeò elaboratæ, B atq; detritę, vt quantitatis amittant terminos, ad inſtàr ſubtiliſſimi cuiuſdam pollinis, inter duos denſiſſimos lapides detriti: (exemplum eſt Montani) quædam verò rudiores, ac craſſiores, vt propterea quantitatis terminos non amittant. Atq; his elementorum ad inuicèm, admixtis, diſpoſitiſq; particulis (qualitatibus mediantibus, ſuum obeuntibus munus) mixtum poroſum, (licèt pori ſint inſenſibiles) continuum tamèn, emergit: poroſum quidèm, ratione illarum partium, quæ quantitatis terminos non amiſerunt; continuum verò, ratione ſubtilium, ad vnumquèq; communem, ob terminorum carentiam, copulantium locum. Cumq; ſic miſceantur materiæ, pari modo dicendum commiſcere, & formas; tum, quas accidentales vocauimus (qualitates nimirum) tùm ſubſtantiales, quas occultas aſſeueramus: quas ſanè C remanère in mixtis, prętérquamquòd, ex mixtionis allata definitione pateſcit; (dictum.n. eſt, eſſe miſcibilium alteratorũ vnionem) miſcibilia etiam ipſa definita, nempè elementa, declarant: fuit namq; definitum elementum, per id, ex quo fit aliquid cum inſit. Sed ad rem, elementorum formæ, & accidentales, & ſubſtantiales, eò prorſùs miſcentur modo, quo eorundem miſcentur materiæ: quas propriæ cum inſequantur formæ (de naturalibus loquentes) Ariſt. 6. primæ philoſophiæ tex. com. 29. aſſeuerante: ſequitur, quòd quocumq; ierit materia, illhùc ituram, & formam. Nùm verò, alterationem ſuſcipiat, decernendum. Ad hæc, definientes rem breuibus. Accidentales formas, alterationem ſuſcipere, intendi ſcilicèt (quod dicunt) & remitti, eſt indubitatum, D nàm ex mixtionis definitione, colligitur; & præterea, quemadmodum formæ artificiales, quæ accidentia ſunt, ad materię violationem, ſeu diuiſionem, violantur, ſic, & naturales, cum ad mixtionem venerint, violari neceſſum eſt, magis .ſ. & minus ſuſcipere, intendi, quòd dicitur, & remitti: formæ verò, quæ non ſunt in materia, nec eſſentialitèr, nec accidentalitèr patiuntur, Auer. nono Metaph. tex. 2. teſtante; alterantur autèm huiuſmodi elementorum

Materię elementorũ quõ miſceantur.

Continuitas, & poroſitas mixtorũ corporum, vndè procedant.

Formę elemẽtorũ quõ miſceantur, & remaneant in mixto.

Formæ accidentales ſolùm, alterãtur in mixtis.

Formæ quæ non ſunt in materia non patiuntur.

E eorum formę, non ſecundùm, quod formæ ſunt, ſed prout ſunt in materia, quandò formæ, vt formæ ſunt, mouent, vt ſunt in materia mouentur, & alterantur; ex qua alteratione, vna, quæ totius forma dicitur, emanat, ac fluit; apta, idoneaq́; , vt ex ea omnes actiones ad mixtum generandum neceſſariç emergant : quàm porrò veritatem, cognoſcens Philoſophus, elementa in eorum excellentijs remitti mandauit ſcriptis; quæ remiſſio non aliundè ducit originem, quàm ex illa elementorum ad inuicèm contrarietate, nō patiente, proprium elementum ſuam in ſummo obtinere qualitatem : at ſi de ſubſtantialibus formis, nobis ſit ſermo, adeò eſt notum, alterationi has minùs eſſe ſubiectas, quàm quòd non no-

Quid ex alteratione facta in mixtione emanet.

Cur remittātur elementa in mixtione, & à quo.

F tum; ſubſtantiæ enim cum ſint, neq; magìs neq; minùs ſuſcipere, fuit ſempèr indubitatum : his itaq; paucis determinatis, cū paulò ſuprà dixerimus, pares elementorum proportiones ad mixtionem, generationemq́; venire, videndum, in qua quantitate, & materiæ, & formæ vtrçq; eorundem accedant : aduertendum igitur primùm, per proportiones, haud nos intelligere, materierum, aut formarum elementorum ęqualitatem quamdam, quò ad pondus, atq; menſuram (quoniàm ſi ſpectetur mixtio, ratione materiei, mixtū omne plus terræ, & aquæ, quàm reliquorum eſt particeps; pluſuè adhuc nonnullum terræ, quàm aquę) ſed ęqualitatem quādam, quæ ſpectatur ratione tum formarum ſubſtantialium, tum

In qua proportione, & quātitate elementa accedāt ad mixtionē.

G accidentium, quarum proportio ſic veniat intelligenda, quòd .ſ. vnius elementi robur, non ſit maius, quàm alterius; cuius proportionis neceſſitas tanta eſt, vt niſi à natura obſeruaretur, mixtū nullum generari contingeret. Si namq́; plus caloris, quàm conueniens ſit producendo mixto, in mixtione concuerreret, ſic, & plus frigiditatis, quàm eiuſdem conſtitutioni conueniret; humiditas verò, & frigiditas in congrua deficerent quantitate; has ab illis vinci contingeret, in earumq́; verti naturam, ſicq́; non mixti generationem fieri, ſed elementorum. tunc enim ſit generatio,

Neceſſitas proportionis elementorū inter ſe, in mixto generādo.

H quandò cōtrarium habet modum proportionis maioris inæqualitatis ſuprà paſſum; aut quandò contrariorum vires ſunt impares admodùm; quodq́; minus, & imbecillius eſt, à maiori, & potentiori ſuperatur : cōcludendum igitùr elementa ſecundùm formas eorum, accidentales præcipuè, quæ nobis ſunt notæ, in æqualitate quadam ad mixtionem concurrere, quæ faciat ad mixti generationem, formæq́; in eo introductionem; qualis autem hæc eſſe poſſit, cum in noſtra manu, veluti medicamentorum componendorum proportio non ſit, humanum effugit intellectum; quarè ad ea, quæ ſub ipſum cadunt, accedentes, ex materierum elementorum admixtione; facta, quo dictum eſt modo, ſciendum remanere,

Simpliciū generatio quandò fiat.

Quid reportēt mixta, ex mixtione materiei elemētorum.

remanere, foramina, atq; poroſitates noſtris occultas ſenſibus, A iuxtà quarum diſcrimen, plures in mixtis ſortiuntur effectus, ſiquidèm alia poſſunt liquari, alia non, madefactibilia quædam ſunt, ruptibilia altera, rurſus frangibilia, fiſſilia, formabilia, conteribilia, elixabilia, congelabilia, flexibilia, compreſſibilia, cedibilia, dilatabilia, vaporabilia, cremabilia, inflammabilia, ſuffumigabilia, tenuia, craſſa, viſcida, friabilia, aſpera, lenia, dura, mollia, rara, denſa, aut his omnibus oppoſita. At ex formis, atq; his ſubſtantialibus, id reportant mixta vniuerſa, quòd velutì elementorum formæ ſubſtantiales ſunt nobis occultę, ſic, & quę mixta conſequuntur ex eis, occulta dicuntur, & proindè proprietates reportant omnes, quas occultas nos dicimus, ſuperfluumq; B foret in præſenti venari: nàm ſat ſuperq; notum exiſtit, innumera fore, quæ nos alant, alia veneno afficiant, & alia, quæ determinatum in corpore expurgent humorem, variaſq; corporis noſtri reſpiciant partes, id quod, cui dandum ſit, niſi formis ipſis ſubſtantialibus elementorum nobis ignotis, non ſatis callemus, & ſciamus tamèn vnamquamq; rem duplici facultate eſſe donatam, cœleſti vna, atq; diuina, nobis occulta; naturali altera, manifeſta, & clara; hæc autem, vt finem capiti imponamus, non alium habet originem, quàm manifeſtas elementorum qualitates, & formas, ex quibus mixta quęcumq; temperiem reportant, ſeu complexionem ab Arabibus dictam; quæ proportio quædam, qua- C litatum ipſorum elementorum mutuò inter ſe alteratorum exiſtit, ad hunc vſum, à natiuo calore conflata, vt tanquàm inſtrumentum adiuuet operationes formarum naturalium, ſpecierum, & corporum: præter quam temperiem, ſortita ſunt mixta, ſapores, colores, odores, &c. de quibus aliàs, ſi dabitur occaſio, differetur à nobis.

Quid reportēt mixta, ex formis elementorum.

Quælibet res duplici facultate donata ē.

Temperies in mixtis vndè profluat.

ACTIONIS, paſſionis, reactionis, repaſſioniſq; aſſignatur eſſentia, ex qua ſubiectum colligitur ipſius, quod contrarium eſſe oportet: neceſſitas ſpectatur contactus in actione, paſſioneq; cœlebranda, duplex actionis proponitur ſpecies, ubi dictionis, ſimilis tradita definitione, quid dictu ſit ſimile qualitate, gradu, & potentia inquiritur. Cap. V. D

PHILOSOPHANTIVM, omni omiſſa contentione, ſupèr remanentiam qualitatum elementorum in mixtis, earundemq; refractionem, cum hæc pateſcat per actionem, & paſſionē, quæ intercedit, in mixtione facienda; illam verò atteſtetur ſenſus, non ſolùm tactus, ſed præſertim guſtus, qui eſt quidam tactus (vt Ariſt. 2. de anima lib. tex. 107. nos admonuit) quid actiò ſit, & paſſio, noſtrę ſunt

Guſtus eſt quidam tactus.

E ſunt partes, vt inquiramus; & quoniàm abſq; contactu, actio cœlebrari non poteſt, nec paſsio, hinc eſt, vt de actione, & paſsione, abſoluta oratione, ad contactum accedat hic ſermo. Lata igitur ſignificatione, actionis vocabulum accipientes, ſeruantur ſub actionis voce, localis motio, generatio, corruptio, alteratio ſecundùm qualitates ſenſibiles, augumentatio: animæ ſenſitiuæ actiones, appetentia videlicet, & præter hanc, altera quæ rationalis eſt, nempè intellectio. quandò intelligere, appetere, ſentire, augere, alterare, corrumpere, generare, mouere, nil aliud videtur, quàm agere, & proindè actiones ex his effluere, vt à propria facultate; intellectiua, ſ. appetitiua, ſenſitiua, motiua, generatiua, alteratiua, & augumentatiua; quamuìs ſenſitiuæ facultatis reſpectu, intellectiuæq; non inconueniat, & ſentire, & intelligere, paſsiones quaſdam appellare, iuxtà illud Philoſophi: ſi intelligere, eſt ſicut ſentire: cum itaq; hæ omnes actionis ſint ſpecies; cum ad noſtrum inſtitutum faciat ea tantùm, quæ fit, intèr primarias, elementorum qualitates, Ariſt. 1. illo de gener. & corrup. tex. 51. longa, lataq; verborum ſerie, Supponens, quod actio, & paſsio fiat intèr contraria (vt infra patebit) hæc habuit. *Etenim omninò generatio, & corruptio in his, & ex his, ideò rationabile eſt iamignem calefacere, & frigidum infrigidare, & omninò actiuum aſſimilare ſibi ipſi patiens.*

Nominis actionis ſignificatio quotuplex ſit.

Actionis propria ſignificatio.

G Quaſi dicere voluerit, actio iſthæc, quæ fit inter contrerias qualitates, eſt aſsimilatio ſenſibilis patientis qualitatis in agentem, proueniens à maiori agentis virtute; ſiue vt Illuſtriſsimo placuit Gaetano, Victoria alicuius virtutis actiuæ, ſuprà alterius reſiſtentiam; hæcq; propria, & particularis actionis (cui nunc inſiſtimus) eſt definitio; quò ad paſsionem, eodem teſte Philoſopho, ipſius eſt paſſi reſiſtentia, ſiuè ſenſibilis, potiùs patientis qualitatis, ad agentem ſenſibilem qualitatem, aſsimilatio, à victoria alicuius, actiuæ qualitatis proueniens; In qua paſsionis definitione, adnotandum, quòd, etsì proprium paſsionis ſit pati, non tamèn adeò patitur, quìn aliquantulùm reagat; quod videntes Philoſophi, actionem illam reactionem, reſpectiuè appellarunt; veluti paruam illam paſsionem, quæ in actione fit, repaſsionem: eſt autèm reactio, mutua illa agentium, & patientium actio, vel vt Illuſtriſsimo placuit Toleto, actio illa, qua paſſum agit fortiùs in agens, repaſsio verò, paſsio illa, quam patitur, à reactione patientis, agens; qua in re, omnis vt dirimatur diſſenſio: adnotatione hìc dignum occurrit, quòd ſcilicèt duplex datur actio, vna quæ omninò paſſum immutat, & ſimile ſibi reddit; altera, quæ non omninò paſſum immutat, nec ſimile ſibi reddit; prima nuncupatur, à Philoſophis actio cum victoria agentis, ſuprà paſſum: cum

H

Actio quid ſit.

Paſſio quid ſit.

Reactio quid.

Repaſſio quid.

Actio cum victoria, & ſine victoria quæ.

in hac ſuccedat omnimoda patientis corruptio: ſecunda dicitur actio abſq; victoria, paſſi, vel ſupra paſsũ, qua nõ omnimoda paſſi ſuccedit corruptio. Cæterum actio iſthæc celebratur, cum actionis, & paſſionis ſubiectum (quod contrarium eſſe oportet) æquales caliditatis, & frigiditatis ſortitum, erit gradus; agens .n. caliditas in frigiditatem, nulla caliditatis ſuprà frigiditatem fit actio cum victoria: at actio quę dicitur cum victoria agentis, tùnc fit, quãdò actionis, & paſſionis ſubiectum, æquales caliditatis, & frigiditatis, nõ fuerit ſortitum gradus; ſi .n. ſubiectum ſit particeps quatuor graduum caliditatis, & trium frigiditatis, quæ duo ſimul iungantur, tanganturq; actio quæ indè inſurget, erit cum victoria paſſi, vel ſuprà paſſum. atq; hęc de actione, reactione, paſſione, repaſſioneq; ſufficiant; Nunc quæ illa ſint, quæ ad vtraſq; concurrant, videndum. Ad hæc βραχυλογίαν amplexantes, ſtatuimus, ex philoſophorum placitis, & actiuas, & paſſiuas, primarias elementorum qualitates, ad actionem, reactionemq; celebrandam, concurrere; dicentes namq; actionem eſſe aſsimilationem, patiẽtis ſenſibilis qualitatis, in agentem, cui dubium, tũ actionem, tum paſſionem, reactionem, repaſſionemq; intèr actiuas, & paſſiuas, fieri qualitates? quãdò hæ ſenſibiles, apud Philoſophos, qualitates dicuntur, & extãt: Verumenimuero, quià nõ quodcumq; natum eſt pati, & agere, ſed ea dumtaxàt, quę contraria ſunt, vel cõtrarietatem habent; hinc fit, vt vna qualitatum, ad actionẽ, & paſſionem, cõcurrentium, inſurgat conditio, vt ſcilicet ſint cõtrariæ, quę cõditio, & à nobis fuit tacta, & ab Ariſt. 1. de gener. & corrup. tex. 50. demõſtrata: tacta quidem à nobis, in definitione, dum diximus; Aſsimilationes, actionis, & paſſionis, fieri intèr agens, & patiens: quæ contraria eſſe, nemo eſt, qui non intelligat. demoſtrata verò ab Ariſt. dum ſcripſit, *Sed quoniam non quodcumq; natum eſt pati, & facere; ſed quæcumq; aut cõtraria ſunt, aut cõtrarietatem habẽt; neceſſe eſt, & patiens, & faciens, genere quidem ſimile eſſe, & idem, ſpecie autem diſſimile, & contrarium:* Sed .n. quantumcumq; pro actione, & paſſione celebranda, neceſſaria ſit contrarietas: maximè etiam neceſſarius eſt contactus; (de actione loqui volentes, & paſſione phyſica) niſi enim contactus intèr aquam fiat, & ignem, hic non patietur ab illa, nec aqua aget in ignem; quam ſanè neceſsitatem videns Philoſophus libro, textuq; citatis, actionis, paſſioniſq; ſubiectum, idem eſſe, pronunciauit: Sed cur ſit, quòd actionis, paſſioniſq; ſubiectum oportet eſſe contrarium; nec abſq; contactu, tũ hæc, tum illa poſsit exerceri, reſtat vt inquiramus, quo ad primũ, huius, vt pateſcat dilucidatio; contrariũ oportet eſſe, actionis, paſſioniſq; ſubiectum: quoniàm ſimile non agit in ſibi ſimile, nec

Actionis ſubiectum quale ſit oportet.

Quatuor elemẽtorum qualitates ad actionem, & reactionem cõcurrunt.

Contrarietas maximè neceſſaria eſt ad actionem, & paſſionem.

Contactus eſt neceſſarius ad actionem, & paſſionem.

E nec patitur à ſimili, ſed à contrario, Simile.n. Gal. Authore, lib. de officina Medica, com: 4. cum illud ſit, quod nulla conditione differt ab altero: vbi conditio æqualis eſt, nulla diſcordia, vbi nulla diſcordia, ibi nulla actio, nullaq́; paſsio. Verùm cōditio hæc, qua, ſimile non differt ab altero, triplex ſit, oportet (ad hoc.ſ. vt omninò ſimile dicatur) in qualitate nempè, in gradu, & in potentia: ſimile in qualitate dicitur, quod eandem ſpecie, cum altero, habet qualitatem, vel vt Ariſt. & Auer. 5. Methaph. tex: com: 20. arriſit, cuius vna cum altero eſt qualitas, ignis exempli gratia, & aëris: ſimile in gradu illud eſt, q̀ prçter eādem, quam habet qualitatem, F eundem etiā habet intenſionis, & remesſionis gradum; ſimile demùm in potentia, illud extat, quod, ratione æqualitatis graduum, maiorem rationē non habet, cur vnum agat potiùs, quàm patiat, vbi ſimilitudinem gradus, & potentię adinuicèm concurrere, eādemq́; eſſe apparet. Quibus ſic cōſtitutis, cur ſit quod ſimile qualitate, gradu, atq́; potentia, non posſit agere in ſibi ſimile qualitāte, gradu, & potentia, vel hinc per Ariſt. patet. 1. de gener. & corrupt. tex: 48. & 49. quòd actio eſt meritò contrarietatis, & paſsio meritò ſimilitudinis; ſi igitur nulla adeſt contrarietas, in ſimile qualitate, gradu, atq́; potentia, nulla poteſt adeſſe, actio, nullaq́; paſsio, quam veritatem contemplans Philoſophus, Simile dixit G nō agere, in omninò ſibi ſimile; per omninò ſibi ſimile, intelligēs qualitate, & gradu, atq́; potentia: quoniàm ſequeretur vt idem in ſe ipſum posſit agere: res quidèm abſurda, & Ariſt. aliorūq́; Philoſophorum auribus diſſona, nihil.n. in ſe ipſum agit, ſiue perficiendo, ſiue corrumpendo: ex eo quià nil ſui optat corruptionem: nec quicquam ſe ipſum perficit, ſed ab alio perficitur; atq́; de primo ſatis; Quò ad ſecundum, Actionem, & paſsionem abſq́; contactu fieri non poſſe, ſubiectum ipſum (quod materiale ſit oportet) declarat: nàm cum contactus naturalis, per corpus tantum fiat (Auerr. 3. phyſic. com: 30. teſte) vt ignis agat in aquam: tactū in hæc duo corpora, intercedere neceſſum eſt, id quod vniuerſa H philoſophantium ſchola cognoſcens, decreuit, actionem fieri nō intèr continua, ſed contigua, hoc eſt per contactum, qui applicatio duorum eſt corporum, poſitionem, in continuo, ſecundùm exteriores ſuperficiès ſuas, ſine medio corpore mixto, habentium, ad actionem, & paſsionem perneceſſaria, vt agit ignis, aër proximus patitur, quià ſcilicet ignis, & aër ſunt elementa ſibi contigua, inter quæ, paſsionem pati dicimus aërem, quià etſi, ſimilitudo horum elementorum ſit in qualitate, diſſimilitudo tamèn eſt in gradu, quoniàm maior ignis in gradu, quàm aëris eſt caliditas.

Simile non agit in ſib. ſimile.

Triplex eſt cōditio propter quā ſimile nō agit in ſibi ſimile.

Simile qualitate gradu, & potentia non agit in ſibi ſimile qualitate gradu, & potentia.

Quid ſit omninò ſibi ſimile.

Quale ſit oportet ſubiectum actionis, & paſſionis.

Contactus quid ſit.

ALTERATIONIS, & quò ad nomen, & quò ad rem, aſſignatur eſſentia, quæ tra- A
dita, per definitionem; huius explicatis particulis, quòd alteratio ſpectet ad prædicamen-
tum qualitatis, & in hac ad paſſionem, & paſſibilem qualitatem reducatur, fit clarum;
& quomodò in inſtanti, & quomodò ſucceſſiue fiat, gratià mixtorum generandorum,
innuitur: *Cap. VI.*

MIXTIONEM cum proximè ſequatur alteratio, quę ex actione, & paſsione inſurgit; de alteratione (quam ἀλίωσιν dictitant Græci) rationi conſonum eſt, vt ordiamur diſcurſum; qui vt integer habeatur, duo pręſtabimus; primùm quid importetur per nomen, apponemus: ſecundò quid ſibi velit res ipſa, explanabimus. Quò B
Alteratio quid ſit quò ad nomen. ad nomen, ſciendum, alterationem, nomē quoddam eſſe commune, plures, ſub ſe, continens mutationes, & in ſubſtantia, & in accidentibus factas; vt ex Ariſt. didicimus lib. 1. phyſic. tex: 63. vbi alterationis proponens acceptiones, harum vna eſt, vt alteratio ſumi poſſit, pro omni mutatione, ad ſubſtantiam, ſed maximè propriè, pro ea, quę fit. in qualitate; *Fiunt autem* (inquit) *quæ fiunt* "
ſimpliciter, alia quidèm trasfiguratione, ut ſtatua ex ære; ecce genera- "
tio, *alia uerò appoſitione* ecce augumentati o, *alia ſubtractione*, ecce "
diminutio, *compoſitione alia, ut domus; alia uerò alteratione, ut quæ uerſantur ſecundum materiam*, ſeu qualitates, quę ſunt in materia, ecce alteratio; quam definientes, prout in primis fit qualitatibus,
Alterationis definitio. gratià mixti naturalis corporis, cuius eſt affectio. dicimus cum C
eodem Ariſt. 1. de gener. & corrup. tex. 26. & 6. phyſic. 18. quod alteratio eſt mutatio, ſiuè progreſſus à qualitate ſenſibili ad aliam ſenſibilem qualitatem contrariam, aut mediàm, vt ſi ex calido fiat frigidum, aut temperatum mediùm quiddam, ex dulci amarum,
Alteratio etiã in ſecũdis qualitatibus. (quò ad ſecundas qualitates, ad quas poteſt etiam alterationis nomen extendi) vel contra; aut ad medium; cuius mutationis cauſę efficientes, ſunt ipſęmet qualitates omnes, tum primæ, tum ſecundæ, quę primis mediantibus agunt. Sed vt proprijs Ariſt. vtamur verbis, & 6. phy. tex. 18. & 1. de gener. & corup. tex. 23. hęc
Philoſophi verba. habuit. ἀλλιωσις μὲν ἐστιν ὅταν ὑπομένοντος τῦ ὑποχειμένυ αἰσθητυ D
ὄτος μετάβαλλῃ ἐν τοῖς ἀυτυ πάθεσιν ἢ ἐναντίοις ἢ ὔσσιν, με- "
ταξύ. *Alteratio quidē eſt* (vt verbum verbo reddamus) *quandò ma-* "
nente ſubiecto ſenſibili exiſtente, traſmutatur in eius paſſionibus, aut contrarijs, aut medijs exiſtentibus, quę definitio quàm optima ſit, & numeris omnibus abſoluta, vel hinc conſtat, quòd eandem 1. Cœli 21. expreſſè retulit. Cœterùm dictum fuit à nobis, alterationem eſſe traſmutationem, ſiuè traſmutari (vt Græci loquuntur) quoniàm generis locum huiuſmodi vox poſſidet in definitione, communis

enim

E enim eſt generationi, augumentationi, reliquis motus localis ſpeciebus, & omnibus mutationibus, quæ fiunt in ſublunaribus: diximus autèm ex Philoſophi mente, mutationem hanc fieri, ſubiecto ſenſibili exiſtente; vt diſtinguatur alteratio à generatione, in hac ſiquidèm, omnimoda totius in totum, nullo ſenſibili remanēte; vt ſubiecto eodem, ſequitur mutatio; in alteratione verò, idem remanet, licèt alteratum: atq; exemplum apportans Philoſophus, hæc habet. διότι τὸ σῶμα ὑγιαίνει, καὶ πάλιν κάμνει, ὑπομένον γε ταὐτό, vt corpus ſanum eſt, & rurſùs ægrotat, manens idem. ſ. ſenſibile. Quid autèm per ſēſibile ſubiectum ſit intelligendum, nulli putamus eſſe in abſcondito, quoniàm ſenſibile corpus (vt ex alibi patet) illud eſt, quod ex materia conſtat, & forma. Addita eſt, pręter particulam illám ſenſibile (exiſtens) vt alterationis ſenſibile hoc ſubiectum, diſtingueretur à ſubiecto generationis, quod minùs exiſtit, ſeu actu habet exiſtentiam: tandē appoſitæ ſunt illę particulę, traſmutatur (hoc eſt ſubiectum) in eius paſſionibus, aut contrarijs, aut medijs exiſtentibus; vt naturalis, ac proprius mutationis huius (quæ in alteratione fit) appareret terminus; quoniàm non omnis mutatio fit in paſſionibus: ſed illa tantùm, quæ alteratio dicitur, quæue ad prædicamentum reducitur qualitatis: cuius quatuor cum ſint ſpecies, vt ex lib prędicamentorum didicimus, cap. nempè de qualitate: videndum, in qua ſpecie qualitatis, ſeruetur alteratio. Ad hæc, cum habitus, & diſpoſitio, naturalis potentia, & impotentia, paſſio, & paſſibilis qualitas, forma, & circa hoc aliquid, contingens figura, qualitatis ſint ſpecies; in paſſione, & paſſibili qualitate, celebratur alteratio, non quidē ad omnes ſe extēdens qualitates, ſed ad eas tāntùm; quas ex philoſophorum mente, primas dictitauimus, tum actiuas, tum paſſiuas; quod ſi & ad ſecundas ſe traſferat, primarum beneficio id euenire ſciendum. Id quod reſpiciens Philoſophus. 1. Cœli 21. & 5. phyſic. 28. decernens ad quā ſpeciem qualitatis, ſit magìs alteratio, poſtquàm vidit, eam ordinatam eſſe ad generationē: ad paſſionē, quæ tertia eſt qualitatis ſpecies, pertinêre decre-

Cur differat alteratio à generatione.

Senſibile corpus quid ſit.

Diſcrimen inter ſubiectum generationis, & alterationis

Alteratio fit in paſſionibus.

Alteratio vbi fiat.

H uit, quæ paſſio cum fieri nequeat abſq; primis oppoſitis, actiuis, & paſſiuis qualitatibus, hinc eſt, ꝙ ad hęc primò ſpectat ipſamet alteratio, ſed ad generationē, ordinatā eſſe alterationē, vel hinc patet abūdè, ꝙ nulla fieri poteſt generatio, quin ꝓcedat alteratio; & Simplic. 8. phyſ. 1. ꝓponēs illius tex: explanationē, vbi Ariſt. ſentit impoſſibile eſſe generationē fieri ſine motū. ꝓ hūc decreuit intelligēdū eſſe motū alterationis, atq; localē, nec q̄dē immeritò, quoniā agens oē naturale, cū ſibi ſimile intēdat, quidpiā ꝓducere, q̄à ſimilitudo hæc nō fit abſq; alteratione, nō iniuria voluit, ꝑ motū,

Alteratio eſt ordinata ad generationem.

Generatio nō poteſt fieri ſine alteratione.

Simplicius, intelligendum alterationis; quæ an ſempèr generationem pręcedat, an ſequatur (ſtante, quod generatio vnius ſit corruptio alterius, anuè in inſtanti fiat, an ſucceſsiuè) noſtræ ſunt partes, vt ſubięctemus diſcurſui. Quò ad primùm ſi nobis ſermo ſit, de alicuius mixti generatione, quod immediatè conſtituatur, ex elementis, alteratio in huius conſtitutione generationem ſempèr præcedit; quemadmodùm enim mixtio generationem præcedit, ad quam paritèr ipſa eſt ordinata, ſic alteratio, ſine qua mixtio fieri non poteſt, generationem præcedet: at ſi nobis ſermo ſit de generatione alicuius mixti, quod non immediatè gignatur ex elementis, generationem ſequetur alteratio, geniti ex elementis mixti, eandemq́; pręcedit; ſed reſpectu futurę generationis: Quò ad ſecundum duplicitèr conſiderari cum poſsit alteratio; vno modo reſpectu termini, ſecundum quem motus dictus eſt de genere continuorum, vel ex parte ſubiecti, iuxtà quod phyſic. 6. motum eſſe diuiſibilem fuit ſtatutum, Si ſermo ſit de alteratione facta, reſpectu qualitatum, ſiue termini, dicimus alterationem eſſe continuam, ſiue in inſtanti fieri; contraria .n. cum ſimul, & ſemèl, & in eodem ſubiecto, eodemq́; tempore ſtare non poſsint, alterationem in inſtanti fieri eſt neceſſe: quandò ſi ſucceſsiuè fieret, ſequeretur quod qualitas in fine alterationis eſſet infinitè intenſa, quià ſi in toto tempore, in quo fit alteratio, ſemper aliquid qualitatis acquireretur; in tempore autèm cum infinita ſint inſtantia, qualitatis fieret perfecta, & intenſa acquiſitio, ſicq́; non ſtatìm alteratio: ſi verò loquamur de alteratione ex parte ſubiecti, ea non tota fit in inſtanti, ſed ſucceſsiuè, vna .ſ. poſt alteram, alterata ſubiecti parte: etenìm cum alteratio fiat, mediante actione, & paſsione, & hæc mediante contactu, quià contactus non poteſt fieri ſecũdum omnes ſui, in inſtanti, ſubiecti partes (ſic namq́; penetratio daretur, ab cunctis redarguta) igitur alterationem ſucceſsiuè fieri, non autèm in inſtanti, reſpectu ſubiecti, inſtat experientia; Nunc de generatione, & corruptione agamus.

Quando alteratio præcedat mixtionem, & quãdo è cõtra.

Alteratio an fiat in inſtanti, & quomodo.

Quandò, & vbi alteratio fiat ſucceſsiuè.

A B C

GENERATIONIS, atq́; corruptionis duplex ex Philoſophi mente aſſignatur, definitio, nominalis .ſ. tradita, per ſuos terminos, atq́; eſſentialis, aſſignata per cauſas, ubi cum ex nominali, quædam profluant dubietates, omnium aſſignatur ſolutio, quæue ad generationem ex neceſſitate concurrant, inquiritur. *Cap. VII.* D

Ratio continuationis.

NATVRAE, in naturalium mixtorum corporum productione, inſectãtes veſtigia, mixtionis, alterationiſq́; abſoluto diſcurſu, generatio ipſa nobis tractãda ſe offert; & quoniàm maximè contrarium generationi eſt

corruptio

E corruptio, de hac quoq; ſimul, & ſemel orationem, inſtituemus; Ariſt. itaq; (vt ordiamur à dubitabili illa quęſtione, an generatio ſit) 2. tex. 1. de gener. & corrup. multis allatis dubietatibus, generationem, aſſeuerantibus ſimplicitèr dictam, non dari, per hanc ſubſtantiæ ſibi volens generationem (eo quòd generatio fieret ex nihilo) ijs tandèm reiectis, ac diſſolutis, in illiuſmet cōtextus calce, concludens generationem dari, hęc literarum Gręcarum monumentis mandauit. ὃ δὲ καὶ τούτων διωρισμένων ἔχει θαυμαστὴν ἀπορίαν, πάλιν ἐπαναποδιστέον, πῶς ἐστιν ἁπλῆ γένεσις εἴτε ἐκ δυνάμει ὄντος, εἴτε καὶ πῶς ἄλλως. *Quod autem, & his deter-*
F *minatis, habet admirabilem dubitationem, rurſùs eſt diligentèr inquiren-*
,, *dum, quomodò eſt ſimplex generatio, ſiue ex potentia ente, & quomodò ali-*
,, *tèr.* Quibus in verbis, cum apertę aſſignet Philoſophus, generationem eſſe; quid ſit per definitionē ſpectandum; Verumenimuerò quoniàm duplicem Ariſt. dedit generationis definitionem, nominalem .ſ. & eſſentialem, vtramq; ex ipſius mente afferentes, dicimus, Quòd quandò mutatio fit in his partibus, ſeu ex corporibus, quę conſtant ex materia, & forma, ità vt materia formam vnam amittat, & alteram acquirat, hæc generatio non ſolùm vocatur, ſed, & corruptio, veluti, ſi mutatio fiat in accidentibus, alteratio. ecce generationis, & corruptionis nominalis definitio, ea
G ſ. quæ definiti nominis, abſq; vlla cauſæ expræſſione, declarat eſſentiam, quam repetens 1. illo de gener. & corrup. tex. 23. & 24.
Quandò autèm totum traſmutatur, non manente ſenſibili aliquo, tanquàm
,, *ſubiecto eodem, ſed, ut ex genitura tota ſanguis, aut ex aqua, aer, aut ex aere*
,, *omni aqua;* γένεσις ἤδη τὸ τοιοῦτον, τοῦ δὲ φθορά, *generatio iam*
,, *hoc tale, huius autèm corruptio,* conſcripſit; quæ definitio licèt nominalis cenſeatur, data tamèn per ſuum terminum eſt, atq; ſubiectum: ille ſiquidèm fuit propoſitus, cum dictum eſt, generationē eſſe mutationem ſecundum totum (per totum, formam intelligentes ſubſtantialem, quam totum, Ariſt. phyſic. 2. placuit appellare, cum totum re vera tribuat eſſe rei) Subiectum verò fuit ab eodem propoſitum, cum dixit, non remanente ſenſibili ſubiecto
H eodem, hoc eſt compoſito eodem, ex materia, & forma, illa ſpecifica, qua priùs componebatur, ſed alio: vndè, non immeritò appoſita fuit particula illa (eodem.) Cœterùm ex hac definitione quantumcumq; clara, quatuor emanare videntur dubietates, harum autèm prima eſt; An aſſignata definitio, communis ſit tàm generationi, quàm corruptioni; Secunda, ſi vtriq; communis eſt, an conueniat generationi, & corruptioni cuiuslibet ſubſtantię, quæ generabilis ſit, & corruptibilis; Tertia ſtante quòd allata definitio ex termino conſtet, atq; ſubiecto; dubitatur, quid maximè

Quod generatio ſit.

Generationis duplex defi nominalis, & eſſentialis.

Generationis def. nominalis.

Quid ſit totū apud Ariſt.

Dubietates pfluētes ex def. generationis.

intrinſecum ſit generationi, terminus .ſ. aut ſubiectum. Quarta, & A
vltima, indè inſurgit, q cum dixerit Ariſt. nō remanente ſubiecto ſenſibili, vt eodē, ſuſpicatur à plurimis, an in corruptione fiat reſolucio vſq; ad materiam primam. quib' explicatis, quæ, & gener. & corrupt. eſſentialis ſit definitio, apparebit. Quod igitur ad primam, Socratis (vt ità dicamus) aut Platonis, relicta amicitia.

Solutio primę dubitatis. Sētimus, allatam ab Ariſt. definitionem, & generationi, & corruptioni eſſe communem; ſiquidèm particula illa (καὶ φθορὰ, & corruptiō) copulatiua eſt, non autē disiunctiua, his accedit, & ratio; niſi .n. eſſet cōmunis, aliam particularem corruptionis, in præſenti loco, attuliſſet Philoſophus definitionem, quam cùm non attulerit, vtriq; eſſe communem, relinquitur, eoq; magìs, cum generatio vnius, alterius exter corruptio, & contra; qua in re, animaduerſione dignum occurrit; decernere .ſ. nos, definitionem eſſe cōmunem, non quòd idem ſit generatio, atq; corruptio (poſtquàm B

Quid ſit commune generationi, & corrup. oppoſita eſſe conſtat) ſed quoniam vtriq; id commune eſt (mutari nempè ſecundum totum) vni ad eſſe, alteri ad non eſſe. Cum itaq; communis ſit, decernimus etiam vniuſcuiuſq; ſenſibilis ſubſtantiæ generationi, atq; corruptioni conuenire; & quamquàm elementis conuenire non videatur, ex eo, quià in mixtis remanēt, & non corrumpuntur; & contrà, corrumpuntur mixta, & remanent elementa, vt propterea non conueniat, & mixtis. id prouenire ſciendum, ob peruerſam illius particulæ (non remanente ſubiecto ſenſibili eodem) intelligentiam; non .n. ſcribit Ariſt. in generatione, non remanere aliquod ſenſibile ſubiectum: ſed inquit illud idem nō remanere, in actu ſpecifico, velutì in alteratione, quæ mutatio quidèm eſt, ſecundùm totum, ſed remanet in ea ſubiectū ſenſibile, in actu ſpecifico, idem; quod ſanè in generatione nō accidit; nàm quamuis elementa remaneant, ſiue in mixti generatione, ſiue corruptione eiuſdem; quià tamèn non ſunt ſubiectum determinatę ſpeciei, eo quòd non ſint informata, eâdem particulari forma, ob id, vtraq; ſub ſenſibili ſubiecto eodem non remanere dicuntur. quòd ſi quis dicat, corruptionem minus eſſe mutationē ſecundùm totum, eò .ſ. quià remaneat aliqua forma (exempli gratia) hominis, per mortis aduentum, corrupta forma, cadaueris, remaneat altera. Ad hanc non minus curioſam, quàm ſpecioſam dubietatē, dicimus attendendam eſſe in corruptione, nobilioris formę corruptionem, non autèm ignobilioris introductionem, vt putà cadaueris. Si .n. corruptio nō eſſet mutatio totius in totū, quemadmodùm generatio ipſa, ſequeretur, quod idem eſſet corruptio, & alteratio, in qua, totū remanere ſenſibile ſubiectum, fuit decretum. Quò ad tertiam dubitationem, vtentes paucis, ſtatuimus

Interpretatio verborū Ariſt. Non remanente ſubiecto ſenſibili eodem. C

Quid maximè attendendum ſit in corrup. D

E tuimus vnà cum D. Thoma, terminum ad quem, magìs intimum
eſſe, generationi, quàm ipſum ſubiectum; quod vidēs Philoſophus
3. phyſ. tex. 22. motum dixit ſpecificari à terminis, nō autèm à ſub-
iecto; vt propterea generatio, cū ſit ſpecies motus, à termino ma-
gìs ſpecificetur, ſicq; magìs intrinſecus terminus ſit, ſubiecto. Tā-
dèm quò ad vltimā dubietatem, in qua dubitatum fuit, an in cor-
ruptione fiat reſolutio vſq; ad materiam primam. huius ſolutio
cùm clarior longè poſsit haberi, ex eſſentiali generationis, & cor-
ruptionis, definitione, ad hanc accedemus. Memoriæ igitur re-
uocātes, quę capite 4. fuēre propoſita, nimirùm quod ad genera-
tionem concurrant, materia ſiue ſubiectum, terminus à quo, ad
quem, motus, tempus, locus, & efficiens: Materia quidèm (vt om-
F nium rationem aſsignemus) tùm quià ex hac educenda eſt forma,
tùm quià phyſica generatio, materiam ſemper ſupponit, terminus
verò, & à quo, & ad quē, hic, vt forma illa, quæ acquiritur ſit cor-
porea naturalis, & per conſequens corruptibilis non in ſpecie, ſed
in indiuiduo; ille verò, vt terminus priuationis formæ in materia,
vndè motum ad generationē eſſe neceſſarium colligitur; & ſi ne-
ceſſarius eſt motus, neceſſarium, & tempus, ꝙ eius eſt menſura
concurrit autèm locus, duplicem ob cauſam, prima eſt, quoniàm
generatio corporea locum requirit; ſecunda quia, quicquid fit, in
loco fieri neceſſe eſt; efficiens tandèm, quoniàm cùm nihil effecti-
uè, ex ſemetipſo fiat, ſed omnia ab agente dependeant, & vniuer-
ſali, & particulari, hinc vtriuſq; orta eſt neceſsitas, quale autèm
G vtrumquè ſit, in ſequenti ſectione patebit; his inquam in memo-
riam reuocatis eſſentialis, atq; per cauſas afferenda generationis
definitio, hæc extat. Generatio eſt motus, ſiue mutatio, traſmuta-
tio, vel progreſſus, ſenſibilis ſubiecti, à non eſſe, ad eſſe, facta à cau-
ſa vniuerſali, ſiue Cœlo, & particulari duplici, primæ nempè ma-
teriei natura, & cæterorum ſimplicium naturalium corporum,
primarijs formis. Corruptio autèm, hunc in modum definitur.
Mutatio eſt illi oppoſita, ſiue traſmutatio, eiuſdē ſenſibilis ſubie-
cti ab eſſe, ad non eſſe, ab eiſdem facta, cauſis; perpetuandorum in
ſpecie indiuiduorum gratiâ; cuius duplicis definitionis genus,
H cum ſatìs conſtet ex dictis, differentia eſt conſpicua, in verbis cō-
ſectantibus genus: progreſſus namq; à non eſſe, ad eſſe; & ab eſſe,
ad non eſſe, differens omninò eſt, atq; diuerſus; ex qua diuerſita-
te, diſcrimen inter generationem profluit, atq; corruptionem; in
qua an fiat reſolutio, vſq; ad materiam primam, An uè, materia
aliqua poſita ſub vna forma, ſi corrumpatur, amittat, qualitates
omnes, quæ illàm inſectantur, vtì Apologiæ Author decreuit, in
ſequenti exercit. pateſcet.

Generationi eſt maxime intrinſecus terminus ad quem.

Neceſſaria ad generationem & omniū ſufficiēs enumeratio.

Gener. def. eſſential.

Corruptionis definitio.

DE Augumentatione, quid eius nomine ueniat intelligendum, quot modis ſumatur, quæ propria eius ſit acceptio, cui naturali mixto corpori, ut propria eius paſſio conueniat, quæ eius ſit eſſentia, & quis augumentationis ſit modus; ex quo, quòd non fiat in inſtanti, ſed ſucceſſiuè, continuè tamen, apparet. A *Cap. VIII.*

Cur agatur poſtremò de augumentatione.

AD Augumentationem, quę poſtrema eſt inter affectiones mixti naturalis corporis, genericè in præſenti cõſiderati, traſferentes orationem; iure meritò hunc ſibi, poſt tractationem aliarum affectionum vendicauit locum; quoniàm de generatione, corruptione, alteratione, & augumentatione proponens tractare Philoſophus. 1. illo de gener. & corrup. lib. cum de omnibus pertractaſſet, tanquàm communioribus, & animatis, ſ. & inanimatis corporibus, naturalibus mixtis, de augumentatione, vt ꝓpria tantùm viuentibus volens diſſerere; *De Augumentatione* (inquit) *dicere reliquum eſt*. Huius igitur quærentes eſſentiam, aſsignanteſq́; cauſam; quò ad primum, æquiuocatio vt omnis tollatur; Sciendum augumẽtationem, quæ ἄυξησις nuncupatur à Græcis, multipliciter poſſe aſſumi, ſumitur itaq́; communitèr vno modo, pro incremento illo, quod in quocumq́; fit motu, vt ſi augeatur caliditas, vel frigiditas, humiditas, vel ſiccitas, in qualitate: numerus, & magnitudo, in quantitate; vel aliquid aliud (dummodò extrinſecùs additio fiat nulla) in ſubſtantia: nàm de illis, quibus additio fit, cum minùs propriè prędicetur augumentatio; quinimmò, nec de augumentatione, quæ fit in qualitate, & quantitate (poſtquàm paſsio hæc eſt propriè, mixti naturalis corporis viuentis) mirùm non erit, ſi de prædictorum augumentatione, ne verbum quidem faciundum decreuimus: Vndè, in gratiam viuentis corporis, augumentationem definituri, dicimus, augumentationem eſſe motum, ſiue mutationem à minori, ad maiorem magnitudinem factam; cuius ꝓxima materia eſt corpus, actu ſimile ſpecie, accedens ei, quod augetur; dependens à calore natiuo, ſiuè inſito, qui in vnoquoq́; mixto reperitur animato; vt, ſuæ naturæ, debitos quantitatis adipiſcatur terminos: atq́; hæc perfecta, numeriſq́; omnibus abſoluta, augumẽtationis ſit definitio, in cuius explicatione, etſi plurimùm ob controuerſias, quę circa eam occurrere ſolent, eſſet immorandum; veritati tamèn, ac breuitati ſtudentes: ad duo, quæcumq́; dicturi ſumus, redigemus capita. Primum, formam, ſeu modum reſpiciet augumentationis; Secundum, materiam, efficientem, & finem. Quò ad primum, modus, quo fit augumentatio, tactus fuit à nobis in primis definitionis verbis, quandò ſ. diximus, augumẽtationem, eſſe mutationem à minori ad maiorem factam magnitudinem,

B

Augumentationis multiplex acceptio.

C

Augumẽtatio propriè ſumpta quid ſit.

D

Augumẽtationis modus quis ſit.

E gnitudinem,ex quibus ſanè colligitur,nedùm ſubiecti inter augumentationem,& reliquas motus ſpecies differentia, eò quòd per ſolam particulam nominis (magnitudinis) declaratur,& id circa quod fit augumentatio,ſiue in quo, augumẽtatio celebrat̃ prædicamento, atq; ſubiecto,verùm etiam modus, quo ipſamet fit; qui in motu conſiſtit locali: & hic in fluxu,qui ad terminos refertur à quo,& ad quem: nõ poteſt.n. viuentis alicuius partis,ſiue animati mixti corporis fieri augumentatio,niſi motus,à termino à quo, ad terminum ad quem concurrat localis, non inquam ſecundùm totum,ſed ſecundùm ampliorem terminorum extenſionem: Vtrùm autèm huiuſmodi termini ſint cõtrarij,& ſpecie diſtincti,&
F an motus,qui intèr eos fit,continuus ſit,nunc abſoluemus paucis. Quò ad primum,dicimus intèr hos terminos à quo, & ad quem, reperiri quidèm contrarietatem,ſed non ſpecificam,quandoquidèm terminus à quo, reſpectu termini ad quem,materialitèr ſtat, non formalitèr,vt propterea contrarietas non ſit ſpecifica:ſed talis, vt ad motus concurrat conſtitutionem; quantitas namq; imperfecta naturalis,in aliquo viuẽte,& mixto corpore,quæ ſtat loco termini à quo,nõ eſt contraria ſpecificę quãtitati perfectæ naturali,quę ſtat loco termini ad quem:propterea quod rerum omniũ naturalium terminus datus eſt magnitudinis, & paruitatis:& hic à natura,naturæ Mag.2.de anima tex.41.auth. pręfinitus. Quò ad ſecundum,omnes vt tollantur ambages,triplicitèr ſciendũ eſt,
G poſſe continuitatẽ dari;vno modo,vt ſic loquamur,perpetuatiuè, quatenus V.G.motus eſt perpetuus: quo equidèm modo Cœli perpetuum,& hunc circularem tradunt eſſe motum: ſecundo modo cõtinuitas pręd icat̃ de motu,qui dicitur continuus, quouſq; perdurat totum illud temporis ſpatium, quo debitum ſit viuẽtis augumentum, & hoc modo pueri dicuntur creſcere,& augeri ad vigeſimumquintum vſq; annum,abſq; vlla tẽporis interpellatione: dicit̃,& tertio modo,motus cõtinuus, cum aliqua tantũ interpellatione,ità vt,repetitis vicibus,hic fiat motus,& continuetur vſq; ad debitam viuentis mixti magnitudinem; Qua triplici motus
H ſtante continuitate,manifeſto aſſerimus ore,motum,qui fit in augumentatione à termino à quo,ad terminum ad quẽ,nõ eſſe cõtinuũ primo modo,cum inter generabilia, & corruptibilia nequaquàm motus ſit perpetuus,atq; æternus;ſtãte ea lege naturę,circa inferiora iſthæc,qua oĩa generationi,& corruptioni ſubiecta ſunt: quare ſequitur,vt motus hic,qui fit in augumentatione, à minori ad maiorem magnitudinem,ſit,dicaturq; cõtinuus, vel ſecundo, vel tertio modo. Qua in re,vt quid ſentimus, dicamus. Cenſemus reſpectu cauſæ efficientis,huius motus,qui fit in augumentatione

Augumentationi neceſſarius ẽ motus.

Rebus omnib' datus eſt terminus magnitudinis,& paruitatis.

Continuitas triplex,& quæ ſit in augumentatione.

Inferiora omnia ſubiacent gener. & corr.

(quę quidèm cauſa, natiuus in vnoquoq; viuente mixto, eſt calor) A
cōtinuum vtroq; eſſe modo, ſecundo nimirùm, & tertio. Secundo, quoniàm cū calor iſte, Hyppocratis noſtri teſtimonio, author ſit omnium bonorum; numquamue otietur, ſed sempèr contendat mixtum traducere ad eam perfectionem, in qua actiones ſibi neceſſarias, ex ſemetipſo poſsit producere; quoniàm producere has dumtaxàt poteſt, cum debitam ſuæ naturæ fuerit adeptum magnitudinem (dummodò impedimentum non adſit quidpiam, atq; malum, ad quod expellendum ipſe incumbens calor, deſinit quandoq; ipſum animatum mixtum ad augumentum perducere) B
ſequitur, vt ſit continuus, quod in plantis potisſimum licet cōſpicere; his .n. ſi opportunum ſuppeditetur alimentum, abſq; vlla creſcunt interpellatione; quouſq; ad ſuæ naturę peruenerint magnitudinem. Si autèm, vel non opportunum ſuggeratur alimentum, vel aliquid aliud ſibi accidat extrinſecùs; plantas videmus eiuſdem ferè ſempèr eſſe magnitudinis, quo remoto extrinſecus accidente, continuatìm augumentum ſuſcipere, neceſſum eſt; tertio verò modo putamus augeri, & mixtum, quià animatum genitum mixtum, nō ſtatìm augeri poteſt: ſed oportet, vt in aliquo tēpore fiat diſpoſitio alimenti appoſiti, mediāte alteratione, eiuſdē ſubſtantialis formæ corruptione, appoſitione, agglutinatione, aſſimilatione, ac demùm augumētatione: qua facta, vt ad vlteriorē, C
animatum mixtum ſibi debitam deueniat magnitudinem, eàdem eget diſpoſitione, nō ſemèl, aut bìs; ſed tèr, quatèr, decièss, quotiès extiterit opus, quouſq; inquam ad ſuæ naturæ peruenerit magnitudinem; quandoquidèm ea omnia augumentationem præcedētia, in tempore fieri neceſſe eſt, ſi in tēpore, non in inſtanti, vnicaq; vice, ſed plurib9 ; ad appoſitionē .n. alimēti, noua vt ipſius fiat alteratio, corruptio, appoſitio, agglutinatio, aſſimilatioq; neceſſe eſt; quibus præmiſsis augumentatio ſequitur ſtatìm, totius, vel partis, iuxtà aſsimilatū, toti, vel parti, alimentū. & hęc quò ad augumētationis modum, circa quem, hoc adnotandum alterum: ꝙ .ſ. augumentatio in augumētabili fit ſecundū formā in materia locatā, D
vt ex Ariſt. 1. de gener. & corrup. tex. 35. licet colligere. augeē nāq; caro, os, & reliqua ſecundùm formā, quoniàm horum formæ modò ſub minori, poſtea ſub maiori ſunt materia, quę ſola nō augeri dicitur; ſed cū forma, vnde huiuſmodi quoq; pro augumētatione factitanda, conditiones videnē neceſſariæ: vt .ſ. augumētabile maneat idem: ſecunda vt augumētatio fiat ab aliquo, extrinſecùs adueniēte: tertia vt fiat ſecundùm omnes augumentabilis animantis particulas, iuxtà debitum pro obeundis actionibus magnitudinem. De efficiente, atq; materia, &c. nacta occaſione, ex Apolog. aſſer. infra. *Finis.*

Calor author omniū bonorum, numquā otiatur.

Cur plātę quādoq; non augeantur.

Diſpoſitiones pręcedētes augumentationē.

Tres alię conditiones ad augument. faciēdam.

E

EXERCITATIONVM
PHILOSOPHICARVM
SECTIO SECVNDA.

Argumentum.

LITERARIVM omne, eò poſtquàm deuenit negocium, vt in ipſo tractando, ſiuè ad philoſophiam, ſiuè medicinam attineat; illam quidèm rationalem, naturalem, & diuinam; hanc verò practicam, & ſpeculatiuam (quam Θεωρικὴν Græci dicunt) infinitarum, monſtroſarumq; opinionum, miſerabile hoc noſtrum ſæculum, in minima vnius, aut alterius particula, ferax exiſtat. Tempeſtiuum iam eſſe videtur, vt iactis, in ſuperiori lectione, fundamentis; quibus, mixti

F naturalis corporis, principes innoteſcant, affectiones: ad eas dirigamus nunc ſtilum, de quibus, diſſenſio orta eſt, inter præclaros Apologię Authores, ac Ariſtotelicę, aliorumq; rectè philoſophantium doctrinę, profeſſores: Galenum igitur 2. de decretis ſectantes, ſequentem integram aſſertionem, philoſophicarum omnium, Aduerſarii, aſſertionum, dicabimus confutationi: in qua, veritati addicti; quid ipſa ſentiat philoſophia, de agentis, ac paſſi diſpoſitione, pro rerum penè omnium naturalium, generatione, deq; innumeris, ad earundem ortum, & interitum concurrentibus cauſis, & affectionibus, ſummatim aperire tentabimus.

OSTENDITVR, nullam de nominibus habendum eſſe curam, quibus magnarum rerum, proponitur inueſtigatio: in qua, de nominibus, quanta habenda ſit ſollicitudo, quarum rerum proponatur diſcurſus, & quomodò ab uno inquantùm unum non proueniat niſi unum, βραχιλογία decernitur. *Cap. I.*

G QVAMQVAM ſcientia, de nominibus, humilis non ſit, ſed excelſa, vt Plato teſtatus fuit in Cratylo (vndè excelſa quoq; exiſtimari poſſet, Authorum Apologia; quippequę, à nominibus auſpicetur, dicendi telam:) Attamèn quià Gal. Hyppoc. eodemq; Platone authore, nulla de nominibus habenda eſt cura, quibus plurimarum, atq; magnarum rerum proponitur inueſtigatio: hinc eſt, quòd minùs eorum approbādum videtur inſtitutum, in quo, ſuadentes ſtrictiſſimè loquendum eſſe in ſcientia demonſtratiua; & ad nominum contemplationem, & vocum perpendendam eſſen-

H tiam, in ipſorum operibus, ſe totos traducunt. Quarè onomaſticam omnem paucis ſecum tentantes, exprobare cōtentionem: monens Gal 2. de differ. feb. 7. & 14. Meth. med. 9. nomina contemnenda eſſe, ac rès fore ſpectandas: quid cauſæ fuerit, vt docti viri ſcripſerint. *Apologia Hieronymi Donzellij, & Durantis Scacchi,* Exprobatur titulus Apologiæ Authorum.
" *in qua detegitur, quòd non perperam agunt, in medicina factitanda non ad-*
" *miniſtrant remedia indifferentèr, aut nullo conſilio, uel ratione moti, non*
" *ſunt ſimplicitèr, uel communitèr practicantes, nec empirici, & demùm quòd*
nunquam cecutierunt, neq; cecutiant in arte medica, &c. equidèm ſuſpi

cari

cari non poſſumus,eoq́; magis,cum de rebus,auferendam propoſuerimus,diſcordiam:in qua ſanè,quià vt Gal.eſt author 2. Meth. med.cap.38.& 5. de ſimplic medicam.facul.4. nominum, verborumq́; copia, plerumq́; non eſt indecora; & nominibus vtendum ijs, quibus quiſq́; in diſputationibus maximè delectatur (dummodò propria ſint, & conſueta) longè magis ſuſpicio nobis adaucta eſt,cum aiunt. *Incipamus à titulo tui paradoxi, ubì ſtatim in primis uerbis ais. Hircini adipis in dyſentericis curandis deiectionibus, pratèr medicorum omnium ſententiam,qui eo aſſolent uti,rationibus, & authoritatibus improbatur uſus; Nos autèm quid per dyſentericas deiectiones inſinues,haud facilè percipere poſſumus, &c.* Proh. Iuppitèr, inquit idem noſtræ medicinæ præceptor 4.de vſu par.9.& 3.de different.pul.1. non à nominibus,ſed à rebus,doctrinam acquiri ſcientificam. & paulò infrà repetunt. *Quòd ſic intelligatur Gal. comparatiuè ſ. eſſe loquutum de adipis caliditàte, & acrimonia, Galdinus doctiſſimmus, & fidiſſimus eius interpras, declarat per dictionem, Nàm, quæ cauſalis eſt coniunctio maximi momenti, abs te tamèn prætermiſſa, uel neglecta.* Sed quid plura,admonet Hypp. (cuius meritò, Apologię authores profitentur doctrinam) lib. de articul. tex. 17. nominib' mentem non adhibuiſſe antiquos, dummodò res apparerent; & nominum curioſitatem, non attendiſſe, dummodò res intelligerent, eorum tamèn alter, nominibus totus,intentus exclamans dicit. *Mihiq́; præſertìm uideris ſeorſùm conſultò iniuriam facere:nàm prorſùs ignoro,undè expiſcatus ſis hanc dictionem primarium,ut in epiſtola, quam ad diſertiſſimum Auguſtinum Angelellum ſcribis.* Sed quicquid ſit,valeat iam nominum, quorumcumq́; diſceptatio, tanquàm ad ſophiſtas, ex 1.de differ pul.nominum,accentuumq́; attineat contemplatio. Gal. nos inſectantes,de nominibus,tantùm pollicemur,eſſe ſollicitos,quantùm intererit ad rerum explanationem, ad noſtramq́; multiplici nomine,labefactatam,defendendam exiſtimationem; ſic enim idem præcepit 1. de differ. feb. 1. comment. 1. phyſic. 3. Themiſt.1.de anima 19.& Plato met diuinus, in Cratylo; vbì docens,nomina eſſe inſtrumenta,tùm ad res diſcendas, tùm ad docendos audientes, accomodata: & nomina diſtinguens in vera, & falſa: veris dicendorum noſtrorum ſeriem innitentes,vera ſcaturiet oratio, cuius partes nomina cum ſint. (eſt etenim nomen rei ipſius vis quædam,mente primùm concepta, voce deindè expreſſa, & demùm literis ſignificata) iuxtà nomiuum naturam,neceſſum eſt futuram eſſe orationem,quam conflantes ex veris, veram,& philoſophantium omnium auribus conſonam,afferemus, doctrinam. Et propterea conſulens ipſemet Gal. lib. de diff. ſyrup.1. *Id ſolùm ueritatis ſtudioſo eſſe agēdum, nempè res ipſas quæ inter ſe natura*

Refellitur exordium Apologiæ.

Nominalis aſſertio Author. Apolog.

Altera nominalis aſſertio Auth. Apolog.

Nomina eſſe inſtrumenta ad docendos audientes.

A

B

C

D

E *natura ſunt ſimiles,eoq́; minus aduertuntur oſtendere: dein nomina ijs im-*
ponere,potiſſimùm quidèm ſi potis eſt, quæ maximè ſunt in uſu; ſin hæc non
„ *nonit, apta fingere,ante uerò omnia ſingulis reb⁹, ſingula nomina; nequa in*
„ *ſermone,uel obſcuritas, ex homonymia naſcatur, indeq́; ſophiſmata oriátur,*
„ *uel res ulla omittatur. Illud uerò rectè ne, an nõ rectè, & propriè, an impro-*
priè nomẽ ſit poſitũ. per longius ocium æſtimare,cum res ipſas iam intellexe-
rimus, cum in harum cognitione ſucceſſus operis conſiſtat, non in nominibus.

Studioſo veritatis quid, ſit agendum.

Totum noſtrum conſilium, circa rerum intelligentiam, colloca-
bimus. Ab vno in quantum vnum, demonſtrantes, non poſſe pro-
uenire niſi vnum. Materiam, paritèr collocatam ſub vna forma, ſic
hęc corrumpatur, non amittere, qualitates omnes, & accidentia,
ad nouæ introductionem. Non eſſe qualitates nouas, illas, quas
F nõua adipiſcitur fotma,ſed facultates,& vires. Qualitates, qua-
rum gratia in materiam introducitur forma, eaſdem ſemper eſſe,
quę in omnibus reperiuntur elementis. Qualitates non depen-
dêre, à forma, ſed hanc ab illis formam, & quidèm ſubſtantia-
lem, non dependêre ab accidentibus. Complexionem, ſiue tem-
peraturam, non eſſe fotmam ſubſtantialem mixtorum. Genera-
tionem vnius, non eſſe ſempèr corruptionem alterius, & è contra.
Intentionẽ agentis in generatione, non eſſe primò, ac per ſe aliud
corrumpere. Rerum omnium naturalium agentem cauſam eſſe
duplicem, vniuerſalem .ſ. & particularem. Generationem mi-
xtorum, non fieri in inſtanti. Formam non generari, ſed mixtum.
atq́; pleraſq́; cõſimiles, quę in operis ꝓgreſſu, pateſcẽt. Nũc acce-
G dẽtes ad primã. Probare nos volentes in paradoxo, hircinũ adipẽ
adeptum eſſe, naturã ſanguinis; ex quo, vtì ex materia genitus eſt:
apertè ſcripſimus, quòd quia ab vno in quantum vnum, non pro-
uenit niſi vnũ, ex neceſsitate, hircinus adeps reportat naturã ſan-
guinis; aduerſùs quã ꝓpoſitionẽ, inſurgẽtes aduerſarij, nec in phi-
loſophia, nec medicina, nec logica voluerunt admittere. An igĩt
philoſophia admittat, inquiramus. Scribunt 2. de gen. & corr. tex.
com. 56. & 12. Meth. com. 44. necnõ lib. deſtruc. in diſp. 3. in ſolut.
21. dub. Philoſ. & com. Quòd ab vno, in quantũ vnũ, non ꝓuenit
niſi vnum: vbi propoſitionẽ animaduertens magnus Albertus, ab
H omnib⁹ inquit philoſophis fuiſſe cõceſſam, excepto Auicebrõ, qui
eã negat in lib. fontis vitæ: & quia nullam eſſe, etiam adnotarunt,
Apologiæ Authores; in illius explanatione, operepretium du-
ximus, primàs inſiſtere; inde verò, in rerum à natura conſtitu-
tarum, generatione comprobare. Ad hæc recurrentes ad primũ.
com. libr. deſtruc. diſput. 3. in ſol. 1. dubij, monens triplicem, eſſe
modum agentium; Naturalium (quorũ ſua actio, eſt vna tãtùm
per ſe, vt ignis:) Eligentium (quorũ nõ ſemper vna per ſe actio
eſt,

De quibus rebus proponatur agendum in præſenti ſectio.

Propoſitio fũdamẽtalis, qua probatur hircinum adipẽ eſſe calidum, igneua, &c

Agentium triplex modus. Naturaliũ, Eligentium, & Diuinorum.

eſt, ſed modò contraria, vt hominis) ac diuinorum, qui nullo dictorum modorum dicuntur agere, ſed cuncta procedunt ab eis modo altiori, quàm ſit natura, & humana voluntas: apertè docet, propoſitionem, veritatem habere, in primo naturalium agentium modo, & proindè in naturalibus; à quibus vnum ſemper prouenire ſentimus, à calido calidum, à frigido frigidum, ab humido humidum, & ſicco ſiccum; & hæc omnia conſequentia, dumodò tamèn, agentia naturalia ſint eodem modo diſpoſita, ſit idem finis, & intentio agendi conſimilis, & quòd actio eorũdem, ſit reſpectu eiuſdem paſsi, quod etiàm eodem ſemper modo, diſpoſitum ſit oportet, vt vnum ſempér ꝓueniat ab vno. Vndè ſol, qui idem eſt, quià eſt diuerſè diſpoſitus, modò accedit, modò recedit, operatur contraria, ad acceſſum ſcilicet generationem, & ad receſſum, corruptionem: atq; ſic, per Philoſoph. 2. phyſic. tex. com. 30. idem erit cauſa diuerſorum, vel idem non operabitur, quandò aliquod agens ſe habet, vt inſtrumentum, non autèm, vt agens principale. Cœterùm, quod agentis actio, ſit oporteat, reſpectu eiuſdem paſsi; huius declarat diuerſitas; ſol enim, agens in glaciem, diſſoluit, in fimum, condenſat. Sed enim his tanquàm notis dimiſsis; colligentes allatam propoſitionem habere poſſe veritatem, in agentibus naturalibus, vno, ac eodem modo diſpoſitis, & patiẽtibus etiam proprijs, vno ac eodem modo diſpoſitis, dicamus, quòd quià efficiens generationis, pinguedinis cuiuſq; (vt ſuo loco pateſcet) eſt calor, vno, & eodem ſemper modo, in hirco diſpoſitus; & paſſum, eſt ſanguis, adaſſatus, atq; concoctus, iuxtà portionem vnctuoſiorem, calidiorem, & terreſtriorem, nõ niſi calidus exiſtere poteſt adeps; acris item, & mordax; Ac ne nouitatem vllam, apùd quempiam, noſtra ſapere videatur doctrina, authoritatibus, ac rationibus iterùm res vniuerſa agetur. A B C

Conditiones agentis naturalis vt ab eo vnũ proueniat.

EX determinato rerum penè omnium naturalium, materiali principio, oſtenditur, Ariſtotelicam propoſitionem, quæ erat, Ab uno in quantum unum, non prouenit niſi unum; & tanquam Acchillem, pro nobis in paradoxo pugnaſſe; hircinumq; adipem, iure calidum, igneum, atq; mordacem, ſtatutum fuiſſe. Cap. 11. D

NATVRALIS efficientis, ac paſsi, in rerum omnium naturalium productione, quantì vna, & eadem diſpoſitio ſemper interſit, ad hoc vt vnum producatur, ex illis; vel hinc per Iſaacchum Hebreum, lib. de dietis particularibus cap. 14. innotaſcit; quòd idèm calor, ratione agentis, ſecundùm diuerſas menſuras, in quibus reperitur, diuerſa, ac plura producit; ſi namq; ſit excedens, id in quod agit,

E agit, in ſalſum conuertit ſaporem (vti ſunt oceani aquę) ſi amplior, in amarum, ſi adhùc intenſior, in acutum: idemq; calor, ex eodem. V.G. chilo (qui etſi vniformis apparet, ex natura rei difformis tamèn eſt) quatuor gignit in animantibus humores, temperatus quidèm ſanguinem, remiſſus pituitam, excedens colerã, adurens melancholiam (atram dictam bilem) non quidèm indifferentèr, ex vnaquaq; chili portione, ſed ex determinata, atq; per proprias qualitates, diſpoſita: ex vnctuoſa igitur, ac temperata, ſanguinem; ex aquoſa pituitam; ex ſubtili, calidioriq; bilem; ex groſſa, frigidioriq; melancholiam: vt propterea, cum calor in hirco excedens ſit, & ſanguinis portio, ex qua pducendus eſt adeps, calida quoq; ſit (vt, vim comburendi habere in paradoxo, dixerimus) haud ambigendum, calidum etiam, ac igneum, acrem, atq; mordacem exiſtere adipem. Cœterum, omiſſa in præſenti, naturalis cuiuſq; agẽtis, diſpoſitione: quanti materierum, è quibus ppriæ educendæ ſunt formæ, ac conſequentia formam interſit diſpoſitio, Ariſt: atq; Auer. 8. phyſ. tex: com: 46. 4. Cœli com. 37. & 8. Methaph. 11. his verbis, nos docuêre. *Quandò materia fuerit diuerſa, diuerſabitur, & forma.* quam propoſitionem, ſi liceat nobis commentari; nil aliud, philoſophos, ſibi velle ſentimus, niſi quòd, ex propria, atq; determinata, vno eodemq; ſempèr modo, diſpoſita materia: determinata, per vim agentis, eodẽ etiam ſemper modo, diſpoſiti, educitur forma; non ſolùm accidentalis, ſed, & ſubſtantialis; de illa loquendo, quę educitur, de potentia materię. **Et** ecce, in ſingulis tàm ſimplicibus, quàm compoſitis, imperfectis, perfectis, inanimatis, & animatis, noſtra, vt pateſcat ſentẽtia. Generatur ex prima materia (ex Ariſt. 4. Cœli tex: com. 37.) per caliditatem, & ſiccitatem, diſpoſita, ignis: per caliditatem, & humiditatem aër: per humiditatem, & frigiditatem, aqua: per frigiditatem, & ſiccitatem, terra; quarè dicebat ibi Philoſoph. *Neceſſe eſt, materias eſſe tot, quot hæc ſunt*, ſ. elementa: in quibus verbis, non de numerica loquitur diſtinctione (quia omnium vna eſt cõmunis) ſed diſpoſitionis. Verùm ad elementata procedat oratio.

Agens ſecundum diuerſas diſpoſitiones ſui, & paſſi, diuerſa pducit, & agit.

Concluſio cõtra aſſert. Authoris.

Propoſitio ſũdamẽtalis, demõſtrans neceſſitatẽ diſpoſit. materiei.

Elementorum gener. ex prima mat.

H Ex elementis diuerſimodè diſpoſitis, generantur Metheora omnia in triplici aëris interſtitio, ſupremo, medio, ac infimo; in ſupremo quidèm, ignitæ omnes impreſsiones, tàm ſimplices, quàm mixtæ, ignis videlicet perpendicularis, iaculum ardens, candela accenſa, ſplendor nocturnus, capra ſaltans, ſcintilla volans, cometa, ſtella cadens, ignisq; fatuus, inter ſimplices: tonitrus, corruſcatio, & fulmen, inter compoſitas. In medio nubes omnes, & ex eis producta, idola, apparentię, pararelli, habones, iris, vaporoſa etiã omnia; præterea liquida, vt pluuia imber; concreta adhuc, atq; ex

Eorum quę ſiunt in ſublimi generatio.

D liquidis

liquidis producta,ſicuti nix,& grãdo. In infimo verò,frigidæ omnes,ac humidæ impreſsiones, vt ros,pruina,caligo; calidæ etiam, & humidæ, veluti mel, & manna; quorum omnium imperfectorũ mixtorum materia,quia nõ vna,& eadem eſt, ſed vario modo diſpoſita,hinc fit,cur non vna,& eadem omnium, tàm ſubſtantialis, quàm accidẽtalis ſit forma. ex aqua.n. tantùm,& terra (ſolis vi, per calorem,in vtrumq; elementum, agentis) cum duo eleuentur halitus,naturam referentes elemẽti,ex quo geniti ſunt:& propterea ex terra calidus, & ſiccus; ex aqua calidus,& humidus: iuxtà diſpoſitionem,quam acquirunt in triplici aëris inteſtitio, horum, atq; illorũ imperfectorum mixtorum materialia fiunt principia: quarè, earum impreſsionum,quę in ſublimi viſuntur, in ſupremo ſ. materia extiterit,exalatio calida,& ſicca, terreſtris, & craſſa, pura,aut impura, iuxtà naturam ſimplicium, aut compoſitarum impreſsionum:materia earum,quæ cõſpiciuntur in medio, exhalatio frigida erit,& humida: earum verò,quæ in infimò minus frigida,& minus humida; & quarundam calida. Quarè concludendum, iuxtà diſpoſitiones, quas halitus illi duo fuerint ab agente, nacti,hoc vel illud, ex eis produci in ſublimi. à quo ad infima reuocantes ſtilum; nõ ſolùm mixta omnia imperfecta,ex determinata,ac vno eodemq; modo diſpoſita producuntur,materia. ſed, & perfecta quęcumq; inanimata in primis, vt metalla omnia, ac lapidum diuerſæ ſpecies. Nam licèt ſulphur, atq; argentum viuum, materiale ſit determinatum principium, metallorum omnium:alitèr tamèn,ac alitèr,diſpoſitum ſit vtrumq; oportet. quãdoquidèm,vbi materia auri eſt ſulphur,in maiori,quàm argẽtum viuum cõcurrens,portione,ſubtile itèm,ac rubeum;argentũ verò viuũ in minori ſubtile,& album: Ipſius argẽti materia,eſt ſulphur albeſcens,& clarum in minori cõcurrens portione, argẽtum autẽ viuum in maiori purum,& album: AEris,ſulphur craſſum,rubeũ, & copioſum,argentum viuum impurum,ac minimũ, cũ ſulphure admixtum.Ferri,argentũ viuum, terreſtre ponderoſum,& magìs adhùc impurum,& copioſum,ſulphur verò minimum,immundũ atq; terreſtre:Plumbi vtrumq; paritèr, omnium maximè impuritate,fœculẽtia,atq; craſsitie affectum. & ſtamni demùm argẽtum viuum album,in ſuperficie locatum, ſulphur rubrum minùs benè cũ argento viuo admixtũ,hoc vt minus copioſum, illud vt magis, ad ſtamni generationẽ concurrens. Sed,& ipſius viui argenti materia,diuerſa eſt; prout triplex eius eſt ſpecies, vna .ſ. quæ pẽdet ſtiriarum more;altera quæ è minio educit; ac tertia, quæ in terræ cauitatibus,ſpontè decurrit. Quod ad lapidum ſpectat materiã, hæc quamquã ſtatuta ſit terra vnctuoſa,& aquoſum humidum, in terrę

Varietas diſpoſitionis materiei facit,varietatem formarum.

Halitus duo quomodo ſint principia omnium methe-ororum.

Diuerſitas eorum quę fiunt in ſublimi, vnde.

Sulphur,& argentum viuũ eſt metallorum materia.

A B C D

E terræ cauitatib' incluſum;alia tñ gemmarum, alia marmorũ, alia cotum,alia ſilicum,& alia ſaxorum(quæ lapidum quinq; ſunt ſpecies)cenſenda materia,ſiquidèm gẽmarum,vnctuuſa eſt terra puriſsima,ac ſubtilisſima,cũ humido aqueo admixta, magìs tñ, vel minùs,ſecundùm maiorẽ,vel minorẽ earundẽ perfectionẽ. Adamantis.n.materia,aliarũq; gemmarũ,quæ ſplendent,veluti Chriſtalli,Saphiri,Smaragdi,Sardonici, Selenitis, Carbunculi, Carcedonij, Aſteritis,Rubini,Topatij,atq; Iacinti,magìs aquea eſt,quã terrea,purior,aut impurior,& ſubtilior,& minùs ſubtilis, ꝑ earũ in puritate,& in impuritate diſcrimine. Gemmarũ verò,quæ non ſplẽdent,& magis opacæ ſunt,veluti corallium,&c.humiditas viſcora,& magis terrena,quàm aquea exiſtit materia. Marmorum,

Terra vnctuoſa, & humidũ aqueum, lapidum eſt materia.

Gemmarum materia qualis.

F aliorũq; lapidũ eadẽ,magis viſcoſa, & craſſa, iuxtà tñ diuerſitatẽ formarum,quæ variã,atq; diuerſam expoſcũt materiã. vndè Porphirites,Alabaſtrum,Ophites,& id genus marmorum,puriorẽ,& defecatiorem habebunt; quã lapides,ferramẽtis acuendis idonei; & ij quib' ad methallorum cõprobationẽ, vtunẽ Artifices. Sic eẽ diuerſa erit materia ſilicum,à quib' ignis excutitur,aliorumq; ſaxorum,quę cõſtruendis domib' accomodanẽ: quo eodẽ nomine, & ſalis ſpecies quælibet,& terrarum (quas metallares appellant) diuerſum materiale,ſortita fuerit principium,à quo non niſi vna,

Lapidum materia qualis.

G vel altera ſpecies prędictarum poterit emanâre: à ſucco quidem aqueo,cum terreſtri admixto,decoctoq; ſal, metallare vocatum; quòd ſi alio, atq; alio modo dictus ſuccus afficiaẽ, pro affectionis diuerſitate,Ammoniacum,petreum,ſaxeum,gemmeum,& indũ; cui addi ẽt poteſt,nitrum,naphticum,ex naphta, nobilisſimo bituminis genere,candidoq; liquamine,accenſo,atq; ignito productum aggeneratur. Sed.n. ipſum quoq; bitumẽ,tùm fluidum,ſub quo arabum ambra locatur,tùm cõſiſtens,ſub quo aſphaltus, piſſaſphaltus, atq; electrum ſeruatur, materiã requirit, proprijs diſpoſitionibus affectam,præter quam, propriam etiã expoſcentes,

Salis ſpecierũ omniũ materia, qualis.

Bituminis ſpecierum materia, diuerſa.

H minerales,ac friabiles nuncupatæ terræ alumen.ſ.ſulphur nitrum, terra lemnia,ſamia,bolus armenus,ampelites, & ſi quæ ſunt, cùm atramentorum ſpeciebus: firmisſimè decernendum,vniuerſa naturalia inanimata perfecta mixta, ab vno in quantum vnum prouenire,hoc eſt propria, atq; determinata materia, determinatam reportare formam; Atq; ad hanc veritatem reſpiciens Auer. 1. de gen.anim. 1. *Species* (dixit) *ideo eſt una, quia eius forma eſt una, & eius materia quoq; una*: vt ꝑpterea,& adeps vnus ſit, quià ab vna ſibi, determinata,ꝑ vim agẽtis,diſpoſita efficiẽ materia. At de animatorũ materiali principio ſatìs. Quòd attinet,ad animata. Vegetabilium in primis generatio, præterquamquod,alia ex ſemine,alia

Propoſitio fũdamentalis.

ex auulſione, alia ſobole, proficiſcitur (Ariſt. Auth. 3. de generat. animal. 2.) accedit, quòd, non omnes ex vno eodemq; gignuntur ſemine, auulſo, ramulo, vel ſobole, ſed determinata, ac ſibi ſimili. Arbores videlicèt frutices, & Herbæ: quarum trium ſpecierum nomine, reliquæ accedentes, indubitatum hoc eſt, ꝙ Deus iuxtà illud Geneſeωs 1. iuſsit terræ nè eſſet ſterilis, producere herbam virentem, lignum pomiferum, faciens fructum, & plantas, quæ haberent ſemen in ſemetipſis. ex quo poſtmodùm ſemine, prout varium, atq; diuerſum eſt, plantarum variæ gignuntur ſpecies, omnes tamèn à ſimili: quę propoſitio tacta ab Ariſt. 12. Methaphyſ. tex: com. 24. veritatem potiſsimùm habet, in his, quę ex ſemine oriuntur: cuiuſmodi, & plantę, animantiaq; perfecta: illę enim ſimilem ſibi faciunt alteram, vt idem affirmauit 8. de nat. animal. 1. & 2. de anima tex. com. 34. Animalia verò perfecta, hoc eſt, ex ſemine producta, ſimile ſibi, quoq; gignunt. At de imperfectis, loquentes primùm. Apes exempli gratia, vt teſtatur Themiſtius 12. Methaph. com. 18. & in paraph. ſuper 1. de anima c. 24. *Generantur ex corporibus uaccarum mortuarum, & ueſpæ, ex corporibus equorum mortuorum; ranæ ex putrefactione aquæ; & muſciliones ex uino corrupto, quemadmodùm alia animalia quoq; ſunt, quæ materia genita putri; alia ex rore, qui frondibus inſudat naſcuntur, & alia ex fimo, aut cœno putreſcente oriuntur*, Non quidèm indifferentèr, ex omni fimo, vel cœno, ſed determinato, ac proprijs affectionibus diſpoſito: vndè fit, vt alia in lignis ſtirpium, aut cœſis, alia in animalium pilis, alia in excrementis, aut iam excretis, aut adhùc inter animantem cõtentis (vt quæ tineæ ſiuè lumbrici appellantur) alia adhùc ex virētibus folijs, & præſertìm braſsicę, vt erucæ: alia ex ipſiſmet erucis, vt papiliones, alia ex aridis lignis, vt ſcarabei, & ſic de reliquis generentur, ac producantur: quorum afferens generationẽ philoſophus 5. de hiſtor. animal. cap. 9. varietati, ac diſpoſitioni tradidit, putreſcentium materierum, à quib' vnum etiam in philoſophia producitur. Sed quid ad genita ex ſemine, aſſeuerãdum? idem Ariſt. & Auer. 12. Methaph. tex. com. 18. videntes, è materia, formas educendas eſſe naturales, monuêre. *Quòd cum omne quod fit, fiat ex conuenienti in nomine, homo generatur ex homine, & equus ex equo, & unum ex uno, & particulare, ex particulari, non particulare ex uniuerſali: quod idem ſentiens Themiſtius, ſcripſit ſe benè ſcire, quòd in ſpermate cuiuslibet animalis, & plantæ, ſunt proportiones propriæ, & rationes, quibus ea, quæ generantur, ex eis ſunt animalia propria, & plantæ propriæ, & ſic ex ſpermate hominis, non fieri equum, nec equi, hominem, neq; ex ſemine alicuius plantæ aliam plantam, uerùm illam, quæ deliteſcens potentia in proprio ſemine, ad actum per agentis uim educitur*: quam veritatem attingens

Marginal notes: Vegetabilium materia diuerſa. — Propoſitio fũdamentalis. — Animantium ex putri, materia diuerſa. — Propoſitio fũdament.

E tingens Comment. ſanciuit. *Quod intentio proportionum, & formarum exiſtentium in generantibus animalia, eſt, quid extrahunt proportiones, & formas, quæ ſunt in materia, ex potentia in actum; & omne extrahens aliquid ex potentia in actum, neceſſe eſt, ut in eo ſit aliquo modo illud, quod extrahit, non quòd ſit ipſum, ſecundùm omnes modos, &c.* Atq; his, in paſſi, vno, eodemq; modo, diſpoſiti gratiam, ſic conſtitutis. Suadet ratio, quam pro Acchille habuimus; vt decernamus, ab vno in quãtum vnum, non niſi vnum prouenire; ex ſanguine inquam hircino, diſpoſito ad generationem adipis, per caliditatem, igneitatẽ, & acrimoniam, calidum igneum, & acrem prouenire adipem, ea vel ſaltèm, ſtante lege, qua decernetur à nobis, materiam poſitam F ſub vna forma; ſic hæc corrumpatur, non amittere omnia accidentia, & qualitates; quas prius habebat.

Propoſitio fũdamentalis.

Ratio habita pro Acchille quomodò pugnet.

DECERNITVR, materiam poſitam ſub una forma exiſtente, ſi hæc corrumpatur, & noua introducatur, non amittere, omnes qualitates, & accidentia, quæ illa habebat, ſed poſſe aſſeruari eadem in aduentu nouæ formæ, abſq; migratione, accidentium de ſubiecto in ſubiectum. *Cap. III.*

EFFICIENTIS ergo, & materiei, in rerum naturalium productione, vna, & eadem (vnũm vt producãt) quanti facienda ſit diſpoſitio, iàm ſatis pateſcit. reliquum itaq; nunc eſſe videtur, vt inſurgẽtes aduerſùs Apologiæ Authorum aſſertionẽ, in ordine quin- G tam, videamus, quòmodò. *Poſita aliqua materia, ſub una forma exiſtente, ſi hæc corrumpatur, & noua introducatur, talis materia amittat omnes qualitates, quas priùs habebat, & ſibi nouas omnes aſciſcat, à noua introducta dependentes forma.* pro cuius aſſertionis illuſtratione, cum plurimùm factitare videat̃, generationis ſubſtãtialis, atq; corruptionis, allata ab Ariſt. 1. de gener. & corrup. tex. 23. definitio; in huius perſiſtendum explanatione. Summus igr̃ Philoſophus, ſcribens, quod. *Quandò totum traſmutatur, non manente aliquo ſenſibili, ut ſubiecto eodem, ſed ut ex genitura tota ſanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua, generatio iam hoc tale, huius autem corruptio.* Nollemus pruden- H tẽ Aduerſarium ſuaſum habere, huiuſce definitionis vigore; eius aſſertionem, in philoſophia, veritatis coronam reportâre, quandoquidèm, aliud ſibi vult Ariſt: per mutationem totius; ac accidentium, & qualitatum omnium (quæ in materia, aliqua cohoneſtata forma reperiebantur) corruptionem: & propterea ad explanationem reuertentes allatæ definitionis. Eſto per Philoſophum 2. phyſic. tex. 31. per totum, intelligendam eſſe formã ſubſtantialem compoſiti, formam inquam ſpecificam, atq; perfectã, à qua totum eſſe proficiſcitur, totumq; eſſe rei impertitur, ad dif-

Quinta aſſertio Aduerſariorũ Apolog.

Propoſitio fũdamentalis.

Explanatur definitio gener. & corrupt.

ferentiam accidentium, quæ nō dant totum eſſe rei, totamq; perfectionem, & totam eſſentiam: non hinc ſequitur, ad corruptionē totius, formę .ſ. alicuius exiſtentis in materia, qualitates, & accidentia omnia corrumpi, quę inſequebātur illam; propterea quòd, neceſſum eſſet fateri, in quacumq; corruptione, reſolutionem fieri vſq; ad materiam primam, quæ nuda remanet, genere quocumq; formarum, & accidentium, in potentia tamèn ad omnia. atq; huic veritati intentus Illuſtris Iacobus Zabarella, & Arcangelus Mercennarius hic 1. ſuarum dilucidationum lib. literis commendauit, quòd cum dicit Philoſophus. *Quandò antèm totum traſmutatur, &c. non intelligit, quod omnes formæ, quæ in re præerant, in generatione, & corruptione mutentur, ſed ſola illa, quæ eſt ſubſtantialis, ſpecifica, & perfecta, totum eſſe dans illi:* & Mercennarium inſectatus Zabarella, ægregio ſuo natural. quæſtionum volumine, adnotauit. *Quòd dicitur in generatione mutari totum, etſi mutetur ſola forma ſpecifica, quià forma, ex ante dictis, ab Ariſt. totum ſignificabat; adeò ut, etſi concedamus manere aliquam formam genericam (qua de re aliàs) cum dicimus mutari totum, in totum in generatione ſubſtantiali: dicimus recedente una forma ſpecifica, alteram aduenire, ab hac quippequòd compoſitum, nomen deſumit, ac definitionem:* hęc ille, qui edocens, in generatione ſubſtantiali (qua tota referta eſt Apologia) corrumpi, vnum totum; hoc eſt præcedentem aliquam ſpecificam in materia, exiſtentem formam; docet etiam alteram aduenire. Sed an in corruptione illius, qualitates, & accidentia omnia, quæ illam inſequebātur, corrumpantur; & in aduentu alterius, nouæ qualitates, ac accidentia introducanť, ſatìs vt fiat authori illius, contemplatione dignum ſe offert. Ad hæc, idem Zabarella, declarans particulas illas, *Non manente aliquo ſenſibili, ut ſubiecto eodem,* inquit, *Huiuſmodi particulæ ſunt quidèm pars definitionis, generationis, & corruptionis, ſed etiam ſunt uelutì declaratio, antecedentium. & hoc ſibi uult Philoſophus, quòd quandò mutatur totum, ideſt corrumpitur unum totum, una .ſ. forma ſubſtantialis ſpecifica, & alterum totum generatur, & altera forma ſubſtantialis ſpecifica generatur, nihil ſenſibile remanet, quod habeat locum ſubiecti per ſe, reſpectu termini acquiſiti, quià ſi compoſitum eſt ſenſibile, meritò formæ ſpecificæ, quæ tribuit ipſi exiſtentiam; abſq; dubio, compoſitum ſenſibile non remanet idem:* ex qua excellentiſſ. Philoſophi explanatione, cum colligamus ſubiectum remanère ſenſibile, licèt non idem (quia quicquid ſenſibile eſt, per accidentia eſt ſenſibile) quarè minus orbatum remanebit, genere quocumq; accidentium; & ſic accidentia omnia, in corruptione formæ illius, non corrumpentur, nouaq; in aduentu alterius introducentur. *Si in generatione, & corruptione* (hæc ſunt ipſiſſima Zabarellæ verba) *ſubſtantiali, forma ſubſtantialis ſpecifica corrumpitur*

Archangeli Mercennarii expoſitio.

Iacobi Zabarellæ expoſitio.

An in corrup. formæ proprię accidentia omnia illius corrūpantur.

Zabarellæ ſententia.

E *rumpitur, & materia remanet ſenſibilis, licèt non per illam ſpecificam for-*
mam; non eſt neceſſum, qualitates omnes iri corruptum; quia non eſt incon-
ueniens, quòd remaneat in genito de nouo aliquid ſenſibile, quod fuerit in cor-
rupto, ut accidens aliquod: neuè recedamus ab exemplo, in definitio-
ne propoſito, inquit Ariſt. ſicuti ex genitura tota ſanguis, aut ex Ariſt. ſentent.
aqua aër, aut ex aëre omni, aqua. Ecce ex genitura tota fit ſan-
guis. i. ex tota forma genituræ fit ſanguis, qui aliud totum habet,
hoc eſt, aliam formam poſſidet, à genitura: huius accidentia, quę
ſunt caliditas, & humiditas nõ corrumpuntur ad formę genituræ,
corruptionem, ſed inſequuntur etiam formam ſanguinis, cuius ẽt
corrupta forma, accidentia remanent eadem in embrione: ità
vt, ſi ſanguis fuerit melanchollicus, talis futura ſit, & embrionis
F temperies, ſi pituitoſus, pituitoſa, &c. & ipſemet Ariſt. 2. de gener.
& corrup. tex. 25. edocens modum, quo ſymbola elementa gene-
rantur, ſcripſit. *Quæcumq; .n. habent cognationem adinuicèm. uelox ho-* Sententiæ cõfirmatio.
rum traſmutatio eſt, quæcumq; autem non habent, tarda. quid facilius eſt
„ *unum, quàm multa traſmutare. ut ex igne quidem erit aer, altero traſmuta-*
„ *to, illud .n. erat calidum, & ſiccum, hoc autem calidum, & humidum, qua*
„ *proptèr ſi uincatur ſiccum, ab humido erit aer. Rurſùs autèm ex aere, aqua*
erit, ſi uincatur calidum à frigido; illud .n. erat calidum, & humidum; hoc au-
tèm frigidum, & humidum, qua proptèr traſmutato calido, aqua erit. eodem
quoq; modo, ex aqua, terra; & ex terra ignis; habent .n. ambo, ad ambo co-
gnationem, aqua enim humidum, & frigidum; terra autem frigidam, & ſic-
G *cam: quapropter uicto humido, terra erit: & rurſùs quoniàm ignis quidèm*
ſiccus, & calidus; terra autèm frigida, & ſicca, ſi corrumpetur frigidum, ignis
erit ex terra: quaproptèr manifeſtum eſt, quòd circularis erit generatio, in
ſimplicibus corporibus, quia cognatio eſt in ijs, quæ conſequenter. In quo cõ- Concluſio cõtra aduerſarii ſententiam.
textu volens Philoſop. manifeſtè oſtẽdere facilitatẽ generationis
elementorũ, quę ſymbolã qualitatẽ fuerit ſortita, oſtẽdit ẽt cõtrà
aduerſarij aſſertionẽ, materiã poſitã ſub vna forma, ſi hęc corrũ-
pat, & noua introducat, nõ amittere oĩa accidentia, quæ illã inſe-
quebãtur, ſed ſymbola remanêre, cõtraria corrũpi: quã veritatẽ,
ſempiternã prædicat Philoſophus, nõ ſolũ in generatione ſimpli- Propoſitio fũdament.
H cium, ſed, & cõpoſitorũ: inquit. n. 1. de gener. & corrup. tex. 24. Si
aliqua qualitas erit cõmunis res genitæ, & corruptæ, non oportet
corrumpi, & alterã eſſe. vbi doctiſſ. Mercenn. qui bonas nobis, in
p̃ſenti contẽplatione ſubminiſtrauit, merces dicere ſolebat. *Quòd*
„ *totum id, quod uult Philoſophus in gener. & corrupt. ſubſtantiali ſimplicium*
„ *corporum, id ipſum intelligi debet de mixtis, quià Ariſt. ſentẽtia nõ perſtrin-*
„ *gitur, ad elementũ ſolùm, ſed quà ratione uerificatur in elemẽtis, quod quali-*
„ *tas ſymbola, & cõmunis genito, & corrupto, eadẽ remanet in utroq;, eadem*
ratione uerificatur in mixtis: hæc ille qui peripateticam profeſſus

 doctrinam

Mercennarii doctrina aduerſa Auth. Apol.

doctrinam, apertè docuit, cõtra ſeptuagenarij, placita: materiam A
in corruptione ſuæ propriæ formæ, ſibi dantis eſſe, non remanêre
orbatam genere quocumq; accidentium, quę illam inſequebãt,
& noua in eam introduci, ad nouæ introductionem, formę: expli-
cauitq; Apologiæ authoribus, eaſdem qualitates, & accidentia,
quę reperiebantur in ſanguine (materia à nobis determinata, adi-
pis) in ipſomet adipe poſſe remanêre. Sed an eadem numero? & ſi
eadem, non ne cogemur fateri, accidentia migrare de ſubiecto in
ſubiectum, quod eſt contrà omnem philoſophiam? quid ad hu-
iuſmodi nodum Gordianum? Hęc igitur, altera aduerſantium, vt
diluatur aſſertio, memoriæ reuocandum, ſeptuagenario philoſo- B
pho, quòd ex eo quia accidentia omnia immediatè herent (cum
Buccaferreo) in materia prima, quæ ſemper eadem eſt in genito,
quę fuit in corrupto: accidentia eadem numero remanêre poſſunt
in genito de nouo, vnà cum illis, quæ erant, in corrupto, abſq; ꝙ
migrent de ſubiecto, in ſubiectum. vtq; exemplo etiã à nobis res
illuſtretur, ſit ignis calefaciens aquam, quero ego, de cuius poten-
tia ignis educat calorem, an de potentia materiæ primę, an de po-
tentia materiæ formatæ .ſ. aquæ? non ſecundum ergo primum:
non inquam de materia, vt formata, quià forma aquæ eſt inimica
calori, igitur de potentia ſolius materiæ primæ. ſicq; ſublata cum
ſit, tãta apud doctos alioquin viros, difficultas, de migratione, vo-
lationeq; accidentiũ, de ſubiecto in ſubiectũ, accedamus ad alia. C

Vigeſimaquarta aſſertio Authot. Apolog.

Opportunum exemplum.

EX *diſcrimine, nominis qualitatum, & facultatum, declaratur facultates eas eſſe, quæ nouam in materiam introductam inſequuntur formam, non qualitates, quas etiam formam ſemper præcedere, & eam ipſam ab illis pendere, decernitur.* *Cap. IV.*

STRICTAM, pro viribus in præſenti ſectione factitantes,
doctrinam; inuitat altera Authorum Apologiæ, aſſertio, in
qua ſcribunt; *Materiam aſciſcere ſibi nouas qualitates, depen-
dentes à noua forma introducta:* vt duo ſubijciamus diſcur-
ſui: Primùm, non eſſe qualitates nouas illas, quę nouam in ma-
teria inſequuntur, introductam formam, ſed facultates, ac vires: D
Secundum, quòd qualitates, formam introducendam præcedunt,
non autèm inſectantur. Quod itaq; ad primum, conſueuêre ſanè
plerįq; qualitatum, ac facultatum nomina confundere, in ſcientia
ipſa hiſtorica, nec doctrinali, qualitates videl. aſſumentes ꝓ facul-
tatibus, & has pro illis: at in ſcientia demonſtratiua, in qua ſtrictè
loquẽdum, ſuaſit aduerſarius, qualitates aſſumpſerunt, pro nudis,
ac puris ſimplicium corporum formis, facultates verò, pro com-
poſitis compoſitorum ita, vt nomen facultatis debeãt mixtis na-
turalibus

Sexta Apolog. Auth. aſſert.

Qualitatum, ac facultatum inter ſe quo ad nomen diſcrimen.

E turalibus corporibus, ac idem ſit cum temperamento, ſiue cōplexione; qualitatis verò, ſimplicibus, vocatis elemētis. atq; hanc veritatem, animaduertens Gal. 1. de ſimplic. medic. facul. 1. *Nos* (inquit) *tractamus de facultatibus ſimplicium medicamentorum; quæ facultas, quid aliud eſt, præter temperamentum? cum verò dicimus qualitatem, nudā, & puram, ſimplicium corporum intelligimus formam.* & re vera, aliud eſſe facultatem, à qualitate. idem Gal. 2. de pręrag. expul. 8. ſatis apertè declarat, aſſerens facultatum eſſentiam, nil aliud eſſe, pręter hāc vel illam temperaturam; & cum dicimus temperaturam, ſempèr intelligimus facultatē illam mixtam, ex primis qualitatibus. Vbi F Ioannes Baptiſta Montanus dicere ſolebat, lib. de componen. medicament. *Quemadmodùm, ex graui, & acuta uoce fit concentus, & ſymphonia, quæ mixtio eſt grauis, & leuis; ſic temperamentum, ſeu facultas, ex calido, frigido, humido, ſicco inſurgit, & conſtat.* & ipſemet quoq; Gal. loquens de nomine facultatis 5. illo de ſimplic. medic. facult. clariſſimè docuit, facultates eſſe illas, à quibus prouenit actio, ex operibuſq; & actionibus, eas ipſas dignoſci. & facultates, illas propriè dici aſſeuerauit, quæ ex formis proueniunt mixtorum, qualitates verò, ipſarum formarum cauſas, nūcupauit. Quamobrèm ex ſtrictisſima Gal. doctrina, cum habeamus, diuerſum eſſe nomen qualitatis, à facultate; hęc quippe quòd ſit tanquàm effectus; vt cauſa illa: dicamus materiam, aſciſcere ſibi, nō qualitates nouas, ſed fa- G cultates, à noua dependentes forma, introducta: quandoquidèm (vt ſibimet factus contrarius Apologiæ profeſſor, in tractatu de mixtione inquit) *Mixta agunt per communem formam, nempè per complexionem, & non per particulares qualitates, formæ cuiuſq; miſcibilium.* Et quæſo, de primis loquentes qualitatibus (hæ. n. ad mixtionem concurrunt, hincq; complexionalis mixtorum dependet forma) quî fieri poteſt, vt nouæ dicitentur, in quacumq; informata reperiantur materia, cum idem ille calor, de quo dicebat Naſon.

Propoſitio fūdament.

Io: Bapt: Mōtani ſententia.

Facultas eſt, vt effectus, qualitas vt cauſa.

Ratio prima contra aſſer.

calor humidus omnes
Res creat, & concors diſcordia fœtibus apta eſt.
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.

H (calore videlicet agente cum frigido, & humido cum ſicco) eundē ſemper producat effectum, eaſdem tàm in elementis, quàm elementatis habeat calefaciendi vires, & ratione ſui idē ſemper operetur? Vtq; ſingulorum pateſcat veritas. Ignis calore, omnium qualitatum præſtantisſimus, cœleſtis caloris, & ſplendoris æmulus, præcipuum generationis inſtrumentum, formę multum, materię obtinens parum; quidnam præſtat, per ſuam caliditatem gignendis frugib⁹, ꝙ non præſtet ſanguini, hinc ſemini, hinc partib⁹ ſeminalibus, & ſic de reliquis? certè apud me idē ſempèr pręſtare dicendum

Calor pręſtātiſſ. a qualitas.

Calidi actio ſemper eadem & ſic frigidi, &c.

dicendum; Cum igr̃,calidi ſemper ſit calefacere,plurimùm agere, A
minimùm pati,omogenea cõgregare,ætherogenea ſe iungere,te-
nuia incraſſare,à frigido cõcreta fundere, humiditatẽ exhaurire,
deſiccare,conſumere,poros aperire, & rarefacere: frigidi, inſitũ
refrigerare calorem,hunc obtundere,craſſefacere,durum in con-
cretione cõmittere, omogenea, & ætherogenea cogere, firmare,
roborare:Humidi emollire ſiccitatẽ,calorẽ temperare,maturare,
ſubtiliare,ad delineationem,temperiem, & generationẽ cõferre,
& ſicci deſiccare,indurare,conſtipare,humiditatẽ in vim cogere,
ad retentionẽ,receptionẽ,fictionẽ,impreſſionẽ,& cõſeruationem
factitare. Imaginari non poſſum,quò huiuſmodi qualitates, q̃ ad
nouã quotidiè cõcurrunt generationẽ, nouę,à prudẽtib' viris fue-

Ratio altera contra aſſert.

rint dictitatæ. eoq; magis cum ex Ariſt:decretis,ingenerabiles,& B
incorruptibiles ſint(ſecundùm totũ dixerim,nõ partẽ) & ex phi-
loſophorũ placitis, qualitates, q̃ reperiunt in mixtis eædẽ ꝓrſus
ſint, quæ erãt in elemẽtis. quarè q̃d huiuſmodi philoſophãdi ge-
nere,ſit à philoſophia remotius,non ſatis calleo;cum tã ſciam,nõ
qualitates in mixtis,quæ de nouo generãt, dicẽdas eſſẽ nouas,ſed
facultates,temperaturã,ac vires,ex noua qualitatum in mixtione
facta,depẽdẽtes vnione. Sed ad aliud iã caput orationis deuenia-

Refellitur ſecundum caput aſſert. eiuſdem.

mus. Quòd igr̃,qualitates formã introducẽdã præcedãt,& forma
eã ſit,quę à qualitatib' dependet,aduerſus aſſertionẽ illam,in qua
dicunt. *Materia amittit omnes qualitates,quas prius habebat,& aſciſcit ſibi*
nouas qualitates,dependentes à noua forma introducta; hinc maximè pa-
tet: Cùm elementa,naturaliũ omnium rerũ ſubiecta materia,ad C
earundẽ mixtionẽ,certãq; generationẽ cõſpirent,ꝑ cõſpicuas eo-
rum qualitates;& vnio,q̃ indè, per alterationẽ inſurgit,mixtionis

Mixtionis finis vnio.

ſit finis,& proindè effectus;impoſſibile eſt,hunc,cauſam pręcede-
re:ità vt qualitates,quę ſunt cauſę diſpoſitiuæ,introductionis for-
marum in mixtis,has formas inſectẽtur;& formę præcedant: quã-

Toleti doctrina ex 1. de gener. & corupt. quæſt.p.c.1.

doquidèm,qualitatum,cũ duo ſint genera,q̃dã.ſ. immediatè cõ-
trariæ q̃ agunt, & patiunt̃, quæq; ad mixtionẽ primò concurrũt;
aliæ verò,quę inuicẽ ſibi cõtrariæ nõ exiſtunt,vt color ſapor,& o-
dor:qualitates primi generis ſunt,q̃ tanq̃ diſpoſitiones formã in- D
troducendã ꝓcedunt.Sed adhùc clarius. Duo cum ſint,q̃ ad vniuſ-
cuiuſq; mixti generationẽ cõcurrunt,forma.ſ. ſubſtantialis(cuius
gratiã mixtum dicit̃ generari)& pręcedẽs alteratio, cuius gratia,
tàm ſubſtantialis,quàm accidentalis,eiuſdẽ forma,in materia ac-
comodat̃:nulli dubium,ꝙ cum alteratio generationem pręcedat,
qualitates,quarum beneficio fit alteratio,introducendã formam,

Prima ratio contra aſſert. alterum caput.

præcedent,non inſequent̃. Tẽperamentum.n.(ꝙ ꝓpria forma nũ-
cupat̃ accidentalis mixtorũ)ab actione,& paſſione, quatuor pri-
marum

E marũ qualitatum, quę ad mediocritatẽ deuenerint, cũ ſcaturiat; quis eſt, vt dubitet, an qualitates, formá introducendá pręcedant, vel inſequanẽ? Gignenda eſt calx, ex frigidisſimis lapidibus, eiũs forma calidisſima eſt; ac qualitates, lapides diſponentes, per caliditatem, præibit? valeat huiuſmodi philoſophia. *Corpora* (dicebat Gal. lib. de temperam. in initio) *animaliũ coſtare, ex calidi, frigidi, ſicci, humidiq́; mixtura, nec eſſe horũ omniũ parẽ in tẽperatura portionẽ, demonſtratũ antiquis abundè eſt, tùm philoſophorũ, tũ medicorũ præcipuis:* quarẽ ſi tẽperatura, ex dictarũ qualitatũ mixtura emanat; qualitates p̃cedent, & tẽperatura, pendebit: q̃ eãdẽ veritatẽ cõfirmãs Auer. 3. de anima com. 6. *Virtus* (aſſerebat) *omnis exiſtẽs in corpore cõpoſito, attribuitur, aut primis qualitatibus forma cõplexionali, aut uirtus eſt exiſtẽs in forma complexionali.* A primo igr̃ ad vltimũ; qualitates formã introducendam præcedunt; & forma à qualitatib' pendet: his accedit, quod, *Si Agens* (per aduerſarij poſitionẽ) *dũ generare intendit, incipit corrũpere illas qualitates, depẽdẽtes à priori forma, ex quib' illa prior forma ſubſiẽtabatur, & paulatim introducere nouas qualitates, diſpoſitiuas ad formã de nouo introducendã:* quî fieri poteſt, vt qualitates modò à priori forma depẽdeãt; & modò forma ſubſtentetẽ ab illis? & qualitates ad huc ſint diſpoſitiuæ ad formã de nouo introducendam? Cõtradictio, hęc eſt manifeſta, quia, qualitates vel p̃cedunt formã (vti diximus) & forma inſequit: vel qualitates dependẽt, & forma præcedit, quemadmodum ex pręfata orationis particula colligit, & ob id, ad omnem euitandã contradictionẽ, dicendũ in philoſophia erat; qualitates eas eſſe, quæ formam pręcedunt introducendam: & facultates ac formam ipſam, eam eſſe, quæ dependet: & quia, vti diximus, duplex eſt forma, accidentalis, atq; ſubſtantialis: nùm hæc, à qualitatibus dependeat, vt illa, inquirendum.

Propoſitio fũdamentalis.

Auerrois ſẽtentia.

F

Aſſertio nona.

Contradictio in verbis aſſertionis.

G

DEMONSTRATVR, formam ſubſtantialem in mixtis, nullo modo dependere, à qualitatibus elementorum, quæ accidentia ſunt. ipſumq́; temperamentum, atq; complexionem, formam in eiſdem, non eſſe ſubſtantialem. *Cap. V.*

H QVEMADODVM ex praua nominum impoſitione, ac falſitate; falſam quoq; fieri doctrinam inſequit, ſic rationi conſentaneum videt, vt ex congrua, decentiq; rerum nomenclatura, congrua, decens, & recta inſeqgat eadem. Hanc igr̃ in præſenti ſectantes, ſcribentes Apologiæ authores: *Quandò agens intendit generare aliquid, uel educere, de aliqua materia formam ſubſtantialem; in primis incipit corrumpere illas qualitates, à quibus illa prior forma ſubſtentabatur:* contemplatione haud indignum ſe offert; An forma ſubſtantialis dependeat à qualitatibus, quæ accidentia ſunt, an verò aliunde ſuum trahat originem.

Aſſertio octaua eiuſq; difficultates.

origínem. Ad hæc, ratione, & authoritate rem illuſtrantes. Quòd A
forma accidentalis ſiue complexio (de qua lis fuit indicta, in gratiã hircini adipis, geniti ex ſanguine, vt ex materia) à qualitatib', & proindè accidentibus fluat, fuit decretum; quod ſubſtantialis ab eiſdem nõ ſcaturiat, decernetur. Efficiens alicuius rei, aut vniuocum, aut æquiuocum eſt, ſi primum æquè perfectum cũ effectu, ſi ſecundum præſtãtius, atq; perfectius eſt ſuo effectu: primum cõſiſtere quidèm poteſt, perfectum. n. perfectum generat; at ſecundũ nequaquàm; ſiquidem imperfectum non gignit perfectum; Quarè cum accidens illud ſit, quòd induit rationem imperfecti, ſubſtantia verò perfecti: nullo modo ſubſtantia, ſiue forma ſubſtãtialis, ab accidentibus, ſiue qualitatibus (vt efficiente cauſa) pendebit; ſed accidentalis, temperamentum, & temperatura à latinis; B
complexio, ab Arabibus nuncupata. De vtraq; forma loquens doctiſſ. Fernelius 7. ſuæ Phyſiolog. cap. 5. *Scibi uelim* (conſcripſit) *omnium genitorum primam conſtitutionem, ex elementis proficiſci, omnemq; materiam, omneq; temperamentum, & eas affectiones, quas Ariſt. ſecundas qualitates appellauit, molle, durum, rarum, denſum, craſſum, tenue, & ſimilia; ab his ſumptas eſſe. At propria cuiuſq; ratio, & eſſentia, qua id ipſum eſt, quod eſſe dicitur, nequaquàm ab elementis emergit. Quemadmodum. n. hominis eſſentia, atq; ratio, quæ illius eſt anima, diuiniorem, quàm ex elementis ortum habet; ſic, & eſſentia, ratioq; carnis, qua caro eſt, aut oſſis, qua os eſt, neutiquàm ab elementis his denſis, atq; concretis, ſed ab elemento ſtellarum, planè cæleſtẽ naturã ſumit, & hæc in cæleſti ſpiritu conſiſtit: hic autẽ ſpiritus eſt in ſemine, per quod genito toti impertitur. Ad eundẽ tum propè modum, tum reliquorum omnium animatorum, tum ſtirpium propria natura, cæleſtã ortu profertur: hinc facultates quaſdam obtinent occultiores, & reconditas, quas etiã cæleſtes appellant; nequaquàm ex elementorũ temperie profectas:* C
hæc ille, à quo cum habeamus, accidẽtalẽ formã mixtorum quorumcumq; à qualitatib' elementorum pendere; ab elemẽto ſtellarum, vel cœleſti ſpiritu; ſubſtãtialẽ: habemus etiã Septugenarium Philoſophum, in has ambages fuiſſe prolapſum: vel. ſ. aſſeueraſſe, formam ſubſtantialem, à qualitatib' (quæ accidentia ſunt) effluere; vel complexionem, & temperamentum ſcripſiſſe, formam eſſe D
mixtorũ, ſubſtãtialẽ. Cõtra vtrãq; aſſertionẽ inſurgẽs, tàm philoſophorũ, quã medicorum ſchola. Plato, appellãs formã ſubſtãtialẽ harmonicã proportionẽ, ſancijit eſſe quiddã lõgè diuinius, tẽperamẽto, & extra materiæ conditionem ſeſe attollẽs, quàm quis ineruditus, & in philoſophicis miſterijs parùm exercitatus, poſſit imaginari: & Gal. (referẽte Mõtano in paraph. ſummaria, eorum quę ad medicamentorum doctrinã attinẽt) formã eſſe aliquid diuinius, q̃ miſcibilium contẽperantiã, mandauit ſcriptis. Quòd ſi

Efficientis diuiſio in æquiuocum, & vniuocum.

Vndè dependeat forma ſubſtantialis, & accidentalis ex Fernelio.

Duplex concluſio aduerſus prædictam aſſertionem.

Forma ſubſtãtialis ex Plat. Gal. & aliis quid.

aduerſarius

E aduerſarius, inſiſtere velit cum Alexandro Aphrodiſeo, aſſerente. temperamentum eſſe formam ſubſtãtialem, ex eo quia anima (de rationali intendimus) temperamentum eſſe quandoq; aſſeuerauit; totum concedimus argumentum; quod tamèn an poſſit ſubſiſtere, in noſtra de Hominis excellentia Synopſi, abundè pateſcet. hoc ſilentio obuoluendum in præſenti non eſt; quòd temperamentum ex elementis per totum diffuſis, & confuſis conflatum, accidens eſt. Anima verò ſimplex exiſtens ſubſtantia, prior, & præſtantior tempore harmonia, diuinaq; forma, & immortalis, noſtrarum omnium actionum, opifex cenſetur, & author. Sed enim quod temperamentum ſit accidens Auic. Arabicę medicinę

Quod temperamentum ſit accidens.

F princeps fen prima, primi, doc.3.cap.1. his verbis affirmat. *Temperamentum eſt qualitas, quæ ex actione adinuicèm, & paſſione primarum qualitatum, in elementis, inuentarum prouenit, quorum partes ad tantam*
" *paruitatem reductæ ſint, ut cuiuſuis eorum plurimum, contingat plurimum*
" *alterius, cum enim agunt, & patiuntur ſuis uirtutibus, accidit ab earum ſum-*
" *ma, qualitas in toto earum ſimilis, quæ eſt complexio:* hæc Auic. ibi. qui expręſſè declarans temperamẽtum eſſe qualitatem, declarat eſſe, & acccidens; & à ſummis elementorum virtutibus, ſiue qualitatibus prouenîre. *Et quoniam* (inquit ibidèm) *uirtutes primæ, quæ ſunt in elementis ſunt quatuor, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas;*

Temperamẽti definitio ex Auicenna.

G *tunc manifeſtum eſt, quòd complexiones in corporibus generatis, & corruptis, ſunt per eas:* Quarè haud in philoſophia, decernendum; ſubſtantialem mixtorum quorumcumq; formam, à qualitatibus dependêre; cum accidentalis, hæc illa ſit, quæ ab his ipſis emanat: nec prętere a ſtatuendum, temperamentum, mixtorum ſubſtãtialem exiſtere formam: quandoquidèm, vt Gal. etiam affirmauit 1. de temperamentis, manifeſtum eſt, complexiones in corporibus quibuſcumq; per virtutes eſſe elementorum, & earundem concẽtum eſſe, analogiam, atq; permixtionem, & quamquam 6. deplacit. Hypp. & Platon. temperamentum conſiderauerit, prout inſurgit ex proportione ſubſtantiarum elementorum, decernens eſſe habitum naturalem, & fundamentum omnium facultatum; non

Temperamẽtum vel forma complexionalis ab elem.

H propterea, inferendum, Galenum aſſeruiſſe, temperamentum, eſſe ſubſtantiam; quià ſi habitus, ſubſtantia eſſe non poteſt: cum inter qualitatis ſpecies, quę accidentia ſunt, habitus reponatur, & diſpoſitio; quam, temperamentum quoq; poſſe nuncupari. Franciſcus Valleſius 1. ſuarum contradiction. cap.6. ſic nobis, propoſuit. *Corpora omnia, quæ penès nos gignuntur, ex calido, frigido, humido,*
" *ſicco inuicèm temperatis coſtare, uera quantùm opinor extat ſententia, igne*
" *inquam, aere, aqua, terra. nàm quamquàm elementorum formæ, corrumpantur, manent partes illis, proportione reſpondentes. ut ſi quis dicat, pars*

Galeni loci interprętatio.

Franciſci Valleſii pulchra ſententia.

terrea,

terrea, aquea, aerea, ignea; atq; ex horum attemperatione, quemdam ſubſtantiæ modum generari per totum, pro ratione proportionis ſubſtantiarum elementorum: atq; hanc proportionem eſſe natiuam temperiem: per quam ſingula membra ſuas operationes participant; & præter hanc proportioné, eſſe ſecundam aliam, quæ ex hac prima proficiſcitur: eſt uerò ea proportio, ipſarum qualitatum elementarium, caloris inquam, frigidi, humidi, & ſicci. atq; hoc temperamentum qualitatum eſt diſpoſitio quædam, corporum temperatorum, illud uerò prius temperamétum, quod modum ſubſtantiæ, eſſe dicimus, ex ſubſtantiarum elementarium proportione factum, habitus naturalis, & fundamentum omnium facultatum. Atq; hæc omnia ſunt Valleſij, qui rem omnem adeò doctè, ac philoſophicè diſcusſit, vt ſuperuacaneum ſit, alios, hac ipſa in re, authores conſulere. Sed quid ad Gal. dicendum aſſerentem, in quodam loco. temperamentum eſſe formam ſubſtátialem, & vltimum actum mixtionis? Ioannes Baptiſta Montanus, Authoris Apologiæ preceptor, *Sciendum* (ſcripſit in lib. nuper citato) *neq; Galeni mentem eſſe, temperaturam (huius nomine intelligentis craſim primarum qualitatum, & commixtionem primorum corporum, per qualitates celebratam) formam eſſe ſubſtantialem, ut pleriq; crediderunt; uerùm illum actum, & perfectioné, quæ ex tali temperatura, & mixtione conſequitur, aliud quiddam eſſe, quàm contemperantiam, primarum qualitatum, ab illis tamen denominatum, quo factum eſt, ut formam, diuinius aliquid eſſe, quàm contemperantiam, miſcibilium apertè conſcripſerit.* Sed iam de his ſatis, colligat ſi velit aduerſarius, formam ſubſtantialem, non dependêre ab accidentibus, ſeu qualitatibus, vt cauſa effectiua, ſed diſpoſitiua; & complexionem, ſiue temperamentum, quod ab illis re vera emanat, nullo pacto, formam eſſe ſubſtantialem: quid in reliquis dicendum ſit, in ſequenti aperire, tentabimus.

Galeni locus à Montano interpretatus.

Concluſio ex dictis.

EX *declaratione, Ariſtotelicæ propoſitionis. Generatio unius, eſt corruptio alterius, & è contra; oſtenditur, in quibus propoſitio habeat ueritatem; & quomodò in adipe, ex ſanguine genito, ipſius corrupti ſanguinis qualitates complures, & accidentia remaneant, indagatur.* *Cap. VI.*

HIRCINVM adipé, vt, & qualecúq; alterum mixtú, nullo pacto retinêre poſſe, qualitates vllas (vt affectiamus in verbis) facultates, vel vires, quę inerant in altero; ex quo tanquàm materia, genitú eſt, firmitèr vt ſuaſum habent nobis Apologiæ doctores, vnanimitèr conſcripſerunt. *Cum generatio unius ſit corruptio alterius, in primis illud agés incipit corrumpere illas qualitates dependentes à priori forma, ex quib' illa prior forma ſuſtentabatur, &c.* quarè, noſtrum proſequétes inſtitutum; quid ſibi per vulgatam propoſitioné voluerit Philoſophus, quidue,

Aſſertio ſeptima eiuſq; difficultates.

E quidue, illius vigore habeant, cõtra remanẽtiam facultatum ſanguinis in adipe, docti viri, ſpeculandũ. Quod igr̃ ad primũ, ſcripſit Ariſt. 1. de gener. & corr. tex. 17. quòd generatio vnius eſt corruptio alterius, & è contra, nõ alio ſanè conſilio, niſi ad demonſtrãdã generationis, & corruptionis perpetuitatẽ; ità vt ꝓpoſitio intelligenda ſit cauſalitèr, & ſecundùm cõplexionẽ: cauſalitèr quidèm, quia generatio vnius, eſt cauſa corruptionis alterius, & è contra: ſecundùm cõplexionẽ verò; quia non poteſt aliquid generari, niſi aliud corrũpat, ad quã veritatẽ reſpiciẽs Ill. Tolet. lib. 2. de gen. & corr. quæſt. 3. ſcriptis mandauit, allatam ꝓpoſitionẽ, nõ eſſe intelligendã in ſtatu formali, vt generatio ſit corruptio formalitèr; ſed importare ſequelã quamdã, & facere veluti ſenſum cauſalẽ: eſt F .n. dicere, generatio vnius eſt corruptio alterius, & è contra. i. generatio vnius, ſecum fert corruptionẽ alterius: atq; hunc ſenſum eſſe logicum propoſitionis animaduertit; præter quem, apportãs phyſicum ait. *Aduerte quod ſuperius diximus, compoſitum per ſe generari propriè, & corrumpi, formã uerò comproduci, & corrumpi, nec primò generari, uel corrumpi. & ſic propoſitio iſta poteſt intelligi, aut de eo, quod primò corrumpitur, uel generatur. ſ. de compoſito, aut de eo, quod non primò. ſ. de formis: Ariſtotel. pronunciauit propoſitionem, iuxta ſenſum priorem, loquitur. n. de eo, cuius eſt primò generatio, atq; corruptio, nimirùm de compoſito, & hoc in ſubſtantijs:* hæc ibi Illuſtriſſ. Philoſoph. quocum aſſentiens ipſe σόφοσ. G *Generatio unius in ſubſtantijs* (dixit 1. de gener. & corrup. tex. 20.) *ſempèr alterius eſt corruptio.* Hocq; ꝓpoſitionis ſtãte intellectu; ꝙ cõtẽplationis dignum ſe offert, in gratiã ipſius, eſt; vt videamus an ad corruptionẽ cõpoſiti vnius, ex quo alterum gigni debet, corrumpat in primis, forma omnis ſubſtantialis, accidentalis quęcumq; facultates omnes, ac vires, quæ vnam, vel alterã inſectabant; ità vt, ad noui cõpoſiti generationẽ, noua ſit nõ ſolùm prædicta forma ſubſtantialis, ſed accidẽtalis, ac accidentiũ genus vniuerſum. Ad hęc, doctiſſ. Mercẽnarius, dilucid. ꝓpria, illius cõtex. ꝓpoſitionẽ nos docuit, veritatẽ habere, in ſubſtantijs omnibꝰ generabilibꝰ (dictam ob cauſam) immediatè cõtra Scotum; ſemp H verò, & cũ Ariſt. vt cõſentîret (dicente 1. de gener. & corr. tex. 20.) *Generatio unius in ſubſtantijs ſempęr alterius eſt corruptio:* & ad differẽtiam accidẽtium, in quibꝰ minùs ſempèr ꝓpoſitio veritatẽ habere videt, qm̃ nõ eſt neceſſariũ, ad generationẽ alicuius accidentis, in aliquo mixto; ꝙ erat in antecedẽti, vt ſubiecto, atq; materia alterius, corrumpi. Verum. n. uerò ſpecificè magis, de ſingulis ptractãtes, dicamus ꝙ formæ omnes, tàm ſubſtantiales quã accidẽtales, cum in duplici ſint differentia, quędã. ſ. ordinatę ad vlteriorẽ formã, ac tãq̃ aliæ aliarũ diſpoſitiones (cuiuſmodi v. g. vegetatiua ad

Propoſitio fũdamentalis, & eius ſenſus.

Illuſtriſſ Toleti ſententia.

Ariſt. ſentent.

Mercennarii ſententia.

Formarum tã ſubſtantial. q̃ accidental. duplex different.

ad ſenſitiuam,& hęc ad rationalem,inter ſubſtantiales, hæc vel illa temperies,inter accidentales)aliæ verò minùs ad vnam, vel alteram ordinatæ, ac ordinabiles: propoſitio, veritatem habebit, in omnibus ijs, quæ non fuerint ordinabiles, ad vlteriorem formam:at in his,quę ordinabiles ſunt,veritatem non habet. Fit.n. mixtum animatum ex inanimato, mixtionis forma ſeruatur; velutì in planta, educitur,vel inducitur ſenſitiua in brutis, vegetatiua ſeruatur; ac aduenit intellectiua in homine, & ſenſitiua non corrumpitur: quarè in formis ſubſtantialibus ſubordinatis, propoſitio vera non extat. Cœterùm,inquit Fernelius 2.ſuæ phyſiolog.cap.7. *Dum ex elementorum temperatione innouatur corpus, illorum formæ nihilominùs in hoc remanent: adeò ut, ſi illis congredientibus, herba naſcatur,in ea ſeruantur illorum ſubſtantiæ,dumq; rurſùm herba concoctione in ſanguinem,tandem uerò,& in carnem mutabitur,licèt tum herbæ forma intercidat,noua naſcente,nequaquàm tamèn elemētorum formæ exeunt, ſed ſtabiles permanebunt,quoàd ulla compoſiti ratio conſtabit; quamuis non una,& perpetua permixtionis proportione.* Sed quid de forma accidētali dicendum? generatur adeps ex ſanguine, remanet ne,forma accidentalis ipſius ſanguinis in adipe? & ſi non remanet; accidentia concomitantia illam, an remanebunt? Omnis vt auferatur diſſenſio,eſto totam formam accidentalem ſanguinis, non remanêre in adipe (dicimus totam,quià cum ex Laurentij Iouberti ſententia,& Ariſt.primùm,adeps pars extet ſanguinis, vel ſanguis magis coctus, ſolùm ſecundùm magis, & minus, diſcrimen verſatur inter adipis, ac ſanguinis formam accidentalem, ſeu tēperiem) Accidentia omnia, quæ viſuntur in mixtis, in duplici cum ſint differentia; quædam .ſ. à quibus meteria ſeparari poteſt, quæq; cum forma complexionali mixtorum, neceſſariam connexionem non habent,veluti odores,colores,ſapores,&c. alia verò, à quibus, ſeiungi, ſeparariq; nequit; quæuè cum forma complexionali,pręcipuam habent,ac neceſſariam cōnexionem, eiuſmodi qualitates ſunt primę: dicimus allatam propoſitionem (quæ erat generatio vnius eſt corruptio alterius) in primo accidentiū genere,in ipſa mixtorum generatione, ex corruptione aliorum, veritatem non habere, ſimplicitèr, propterea quod corrumpitur ſanguis, generatur adeps (ſi verè corruptio iſthæc dicenda eſt) mordacitas, & acrimonia, quæ inerat ſanguini, ſeruatur in adipe,in quo ob minorem humiditatem, vtraq; acuitur. At in ſecundo,diſtinctionem adhibentes, dicendum, accidentium, quæ cum forma habent neceſſariam connexionem, vel eſſe contraria, formæ de nouo introducendæ (vt ſupra innuimus) vel non, ſed potiùs diſpoſitiua. Si primo modo accidentia ſe habeant, certè quę

Fernelii ſententia.

An corrupta forma accidētali,corrumpātur omnia accidentia illam inſequentia.

Propoſitio fundamentalis,in quibus habeat veritatem.

E quæ inſequuntur formam ſanguinis, contraria ſi ſint, accidentibus inſequentibus formam adipis, corrumpentur: at ſi ſint diſpoſitiua, aſſeruantur; nàm calidus, & humidus eſt ſanguis, calida, & humida quoq; pinguedo omnis: O, non fluida, nec rubra: quià nec fluiditas, nec rubedo, ſunt accidentia diſpoſitiua, ad formam ipſius adipis: ad cuius tamèn formam, cum faciat caliditas, atq; humiditas; hinc fit, vt non ſolùm vtraq; per accidens remaneat, ſed ex neceſſitate, conſiſtat. ea vel ſaltèm conſtituta lege, qua ſancitum eſt, formam non introduci in mixto, niſi, materia ſit benè diſpoſita: at ſic eſt, quòd per caliditatem, atq; humiditatem, licèt minorem, diſponitur; quarè tùm caliditas, tùm minor humiditas, & has primas qualitates inſectantia accidentia, in adipis, ex

Forma nõ introducitur niſi materiã ſit bene diſpoſita

F ſanguino generatione, remanebunt. Cœterùm, propoſitio hęc, generatio vnius eſt corruptio alterius, &c. licèt hunc in modum accepta, vera ſit, tàm in mixtorum generatione, quàm elementorum, in quibus ſymbolas remanère qualitates, corrumpi contrarias, ſupra fuit decretum: diuerſimodè tñ verificatur in mixtis, ac in elementis: in his ſiquidèm, vnius qualitatis generatio, eſt corruptio vnius qualitatis ſimplicitèr; nàm generetur ignis ex aëre, ſimplicitèr corrumpitur humidum, & ſimplicitèr generatur ſiccum, calido, vt diſpoſitiuo ad ignis formam, remanente. Verùm *in mixtis non ita ſe habet*, *quià* ad corruptionem vnius qualitatis, non ſequitur alterius generatio ſimplicitèr, ſed ſecundùm

Allata propoſitiò diuerſificatur in mixtis, & in elemẽtis.

G quid: ſumendo in præſenti generationem, ſecundùm quid, ꝓ mutatione facta, à perfecto ad imperfectum: corrumpitur ſiquidèm corpus animatum, ex qua corruptione, corrumpit calidum, quo viuit, & humidum, quo nutritur; ſed vtriuſq; corruptio ex toto nõ eſt, ita vt, nihil vtriuſq; remaneat, ſed iuxtà eam corrumpitur, menſuram, quę neceſſaria erat, pro conſeruatione, propriæ formę, nempè animæ vegetabilis, aut ſenſibilis, in ipſomet mixto. Sic, & in adipis ſtantes exemplo (non enim longè recedendum) generatur ex ſanguine adeps, qualitates, quæ erant in ſanguine, caliditas. ſ. & humiditas, non ex toto corrùmpuntur, in ſanguinis, pro

Diſcurſus accomodatus adipis generationi ex ſanguine.

H adipis generatione, corruptione, ſed in ea quantitate, menſura, & gradu, qui neceſſarius erat, pro ſubſtentanda forma tàm ſubſtantiali, quàm accidentali, in eodem: vt proptereà dicendum ſit potiùs gradus aliquot, caliditatis, & humiditatis corrumpi, quàm integras qualitates, maximoperè conducturas, ad introductionẽ formæ in adipe, cuius caliditas maior, quàm in carne eſt (vtrumq; licèt, ſit generatum ex ſanguine) quià pinguior, atq; calidior adipis exiſtit materia, quàm carnis, cuius craſſior, & terrena magis exiſtit. Quarè haud grauem in philoſophia, viſum eſt nobis per-

petraſſe, errorem, aſſeuerantibus, calidum, & igneum eſſe adipem, cum ex calido, & igneo productus ſit ſanguine. A

DILVITVR difficultas quædam, deprompta ab altera Authorum aſſertione, circa corruptionem, & generationem rerum omnium naturalium. Cap. VII.

Aſſertio quinta

LANTIS poſtquàm referta eſt dubietatibus philoſophica illa aſſertio, in qua ſtatuerunt eruditi aduerſarij. *Materiam poſitam ſub una forma, ſi hæc corrumpatur, & noua introducatur, amittere omnes illas qualitates, quas prius habebat, & aſciſcere ſibi nouas qualitates, à noua dependentes forma, &c.* Noſtras eſſe partes animaduertimus, vniuerſas B ditimere; eiuſmodi .n. proferentes orationis typum, facillimè iuniorum ingerere potuiſſent animis; mixta in corruptione propriæ formæ, reſolui ne, dùm in materiam primam (quæ nullas habet qualitates, in potentia tamèn ad omnes) ſed ex eâdem, quæcumq; immediatè, produci. Philoſophicã igr̃ amplexantes veritatem, quò ad primam difficultatem, millies à philoſophiæ profeſſoribus, dilutam: quamquàm concederetur, materiam poſitam ſub vna forma exiſtente, ſi hæc corrumpatur, & noua introducatur, amittere omnes illas qualitates, quas prius habebat: nõ hinc ſequitur, compoſiti corruptionem (huic .n. primo generatio debetur, ac corruptio) fieri vſq; ad materiam primam; quãdoquidèm, ſi cùm Auerroë perſiſtendum, aſſeuerante, plures in C mixto corpore, ſubordinatas eſſe formas; nullo pacto, ad ſpecificæ, corruptionem, cum remaneant alteræ, reſolutio fiet vſq; ad materiam primam, & ſic ea qualitates omnes non amittet, quas priùs habebat. Vtq; de inanimato mixto fiat prior hic ſermo. Corrupta in mixto aliquo inanimato, forma mixtionis, formę remanent elementorum, quorum adinuicèm ſi fieri debeat generatio, nequaquàm reſolutio fit vſq; ad materiam primam. Corrupta in vegetabili, vel ſenſibili, forma vtriuſq; anima .ſ. vegetatiua, ac ſenſitiua, forma remanet in vno ac altero mixtionis; qua remanẽte, qualitates etiam, & accidẽtia multa conſtiterint, quæ priorem D illam inſectabantur, formam. Quòd autèm, tàm inanimatorum, quàm animatorum mixtorum omnium, plures ſint formæ, vna tñ perfectior altera, à nobis ad pręſens relinquet̃ intactũ, nè philòſophicas difficultates quaſcumq; dirimẽdi prouinciam, nos aſſumpſiſſe, quis autumet. Hoc tñ ſubticendum non duximus, ꝙ cum in animatis duplex ſit forma, mixtionis vna, vitæ altera: perfectiori corrupta (vtputa vitæ) imperfectior remanet .ſ. mixtionis: corruptio perfectioris, vocatur mors; & propriè eſt, cum anima ſeparat̃ à corpore (ſi de rationali placeat colloquium) corruptio imperfectioris,

Prima difficultas ex allata aſſertione.

Concluſio cõtra difficul. aſſertionis.

Quomodo plures in vno mixto ſint formę.

E ctioris, dicit putrefactio: vtriuſq; aũt corruptionis ratio clariſſima deſumit ab Ariſt. 2. de gener. animal. 3. lib. de morte, & vita, ac alibi paſsim, decernente, quòd cum duplex in animante reperiat calor, elemẽtaris vnus, vitalis alter (hunc animæ vinculum appellitantes medici cum ipſo corpore, illum verò, temperaturę) ad vitalis corruptionẽ, conſequit mors, ad elementaris verò, putrefactio. Quarè propria in materia, currupta forma, non ſolùm reſolutio non fit, vſq; ad materiã primã, quià remanet altera; ſed qualitates eædem, & accidẽtia aſſeruant in illa, tanq̃ idonea, & diſpoſitiua, pro introductione nouæ alicuius in eãdem, formæ: & licèt primo aſpectu, generatio phyſica, ita procedere videat, vt ex nihilo, ſiue non ente, aliquid fiat, & corruptio in nihil, ſiue non ens

F reſolcuatur, vt propterea, philoſophica aduerſarij cenſeri poſſit aſſertio, ſuadens omnia ex materia prima produci, & omnia in eãdem reſolui: attamèn, non ita ſeſe res habet; quandoquidèm, aſſerens Philoſophus, vt in anteriori ſectione prędiximus, quòd generatio eſt mutatio à non eſſe, ad eſſe, & corruptio ab eſſe, ad nõ eſſe; ab eſſe. ſ. actu, ad non eſſe actu: ex Illuſtris Zabarellę ſententia, ſtatus materiei, è qua mixtorum, tàm animatorum, quàm inanimatorum, educenda eſt forma; reſpectu eius, in quo reperitur, quandò formæ materia iam eſt adnexa, adeò imperfectus eſt, vt non ſit dignus nomine eſſe: vt propterea, remanens materia deſtituta propria forma in actu imperfecto, nullo pacto dicendum ſit,

G reſolutionem fieri vſq; ad materiam primam; quià, vt benè notauit, idem philoſophię præceptor. *Quamuis dixerit Ariſt. in mutatione ſubſtantiali, in corruptione inquam, fiat mutatio ſecundum totum, non remanente ſubiecto ſenſibili ut eodem; dictio illa (ut) nõ eſt ſpecificatiua dictionis, ſenſibilis, ita quòd non remaneat in corruptione aliquod ſenſibile ſubiectum; ſed eſt ſpecifica dictionis, eodem, ità ut non maneat, in mutatione ſubſtantiali aliquod ſenſibile ſubiectum. ut idem, ut unum, ut ſub eodem gradu ſpecifico, perfecto, & eſſentiali, ſub utroq; termino mutationis, generationis. ſ. & corruptionis: quoniam hoc eſſet ſubiectum alterationis.* Sed ad alia. mixtum in corruptione ſuæ formę, non reſolui immediatè, vſq; ad materiam primã, decantatum iã eſt: non ex eãdẽ produci, hinc ſatis pa-

H teſcet. Generationẽ vnius eſſe corruptionẽ alterius, in ſubſtantijs, & accidentibus, non ſubordinatis ad alias formas definitum eſt ſatis ſuperq;. At nũ generatio fiat ex materia orbata genere quocumq; accidentium, & proindè prima, definiendum. Natura igitur Dei miniſtra, ad opus generationis deſcendens, nullo modo ex materia deſtituta qualitatum, & accidẽtiũ genere vniuerſa immediatè profert, opera, ſed elemẽta in primis; hinc verò rudia quædam, & ex his perfectiora, donec abſolutum viderit votum.

Duplex in mixto animato corruptio.

Duplex in animãte calor.

Propoſitionis fundamẽtalis intellectus.

Iacobi Zabarellæ ſententia.

Quòd rerum naturalium generatio, nõ ſit immediatè, ex materia prima.

Ad quam veritatem reſpiciens 1. de elementis Gal. *Fruges* , di- A
xit , ex elementis produci , per actionem calidi, & frigidi , humidi , & ſicci ,
quæ qualitates etiam in frugibus uiſuntur conſpicuæ, & ex frugibus, omnium ,,
animantium alimentis generatur ſanguis, hinc ſemen , & ex ſemine, & ſan- ,,
guine, omnes noſtri corporis , tum ſanguineæ , tum ſeminales partes . Non
etenim condecēs erat, ex nudâ qualitatum omnium, materia , nec
ex elementis, mixtorum omnium fundamenta ꝑficiſci . Sed iuxtà
perfectiorem eorundem formam, ex perfectiori oboriri materia,
non inquam prima, ſed ſecundâ ; & proinde compoſita , qualita-
tibus ornata, ac diuerſimodè per eaſdem diſpoſita , elementarem
tamen , quæ ſaperet naturam . Humani ergo noſtri corporis par-
tes (quarum varium , atq; diuerſum extat temperamentum) ex B
ſemine licèt, ac ſanguine omnes conflatæ ſint , non tamèn indiffe-
rentèr, ſed ex determinato vno, vel altero , aut vtroq; calidæ .ſ. ex
calidiori, frigidę ex frigidiori , humidę ex humidiori , & ſiccæ ex
ſicciori , quemadmodùm fuſiùs ſuo loco dicetur ; ſat obitèr nunc
ſcire ſit, temperamentorum varietatem, non aliundè pendēre , ac
ex concurſu elementarium qualitatum, quæ in debita, ac propor-
tionata locatæ fuerint, materia ; quæ ſanè licèt aliqua forma ſpo-
lietur, & noua exornetur , non amittit omnes qualitates , & acci-
dentia, quæ priùs habebat, nouaq; aſciſcit ; ſed dumtaxàt contra-
ria , ac minus diſpoſitiua , ad introductionem illius : ita vt nullo
pacto, mixtorum omnium generatio, ex nuda procedat materia ; C
ſed qualitatibus, ac accidentibus circumueſtita, velutì in ſequen-
ti dicetur .

Humani corporis partes vnde generentur.

DE duplici, rerum omnium naturalium, agente uniuerſali, & particulari : ubi utriuſq; aſſignata eſſentiâ, quale ſit agens particulare; rerum omnium animatarum , tàm ex ſemine , quàm ex putri materia , definitur . Cap. VIII.

COMPLVRIBVS Argumentis , Ariſtotelicarumq;
propoſitionum explanatione , monſtratum abundè
eſt complura poſſe accidentia remanēre, in, de nouo
genito , eorum , quæ fuerant in corrupto , abſq; quod D
generentur de nouo ; & proindè calidum igneum ; a-
cremq; , & mordacem hircinum eſſe poſſe, atq; in rei veritate exi-
ſtere adipem , abſq; caliditatis, igneitatis, acrimoniæ, ac morda-
citatis in ſanguine , corruptione. Inuitat nos altera in preſenti
aſſertio, vt ſcribentes eruditi viri, quod , *Quando agens intendit ge-*
nerare aliquid, uel educere de aliqua materia formam ſubſtantialem ; in pri-
mis illud agens incipit corrumpere illas qualitates dependentes à priori for-
ma, &c. duo ſubijciamus diſcurſui ; primum, quodnam huiuſmo-
di

Aſſertio ſeptima, eiuſq; difficultates examinandę.

E di ſit agens, ſecundum, qualis eius in generando exiſtat progreſſus. Quòd igitur ad primum. vulgatam ſequentes ſententiam, apertè aſſerimus, quòd ſol, & homo generant hominem, quam propoſitionem coarctantes, ad duplex agentis genus, duplex decernimus, rerum omnium generatarum eſſe agens. vniuerſale vnum, atq; particulare alterum; hoc ſub hominis appellatione ſignificatum; illud vero ſub ſolis nomenclatura monſtratum. dictum de primo eſt, qui verè eſt ſolus, ac primus.

Quem prætèr non eſt alius, qui cuncta crearit
Cuncta fouens, atq; ipſe ferens, ſuper omnia ſeſe,

innutum de ſecundo fuit.

F *calor humidus omnes*
» *Res creat, & concors diſcordia fœtibus apta eſt.*
» *Quippè ubi temperiem ſumpſere humorq;, calorq;,*
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.

primus ergo, rerum omnium naturalium, vniuerſalis opifex, cum ſit Deus, à quo omnium procreatio, ſubſtantia, vita conſeruatio dependet, ac fluit, ab eodem earundem gradus proficiſcuntur, cuiuſmodi ſimplicia corpora, Cœlum (quicquid dicat Ariſt.) lucis, ac motus particeps, ſydera. calore æthereo, & lumine prędita, ſol in primis, & luna, elementa mixtorum omnium, ſubiecta materia, elementata imperfecta, τὰ μετέωρα nuncupata, perfecta, lapi-
G des, & metalla, animantia, ſtirpes, ac rationis capacia, homo. ſ. qui ea omnia mente complectitur: Cœterùm quià huiuſmodi agens, minus præſentem requirit tractationem, accedentes, ad id; quod tractatio expoſcit. Sol, is ille ipſe eſt, qui author perhibetur vniuerſalis, indefinitus, atq; indifferens ad productionem huius, aut illius effectus, rerum omnium generatarum, de hoc igitur agente, ediſſerens Philoſophus 1. de gener. animal. cap. 2. ſolem, cœlum, & reliqua generis eiuſdem nomine genitoris, patriſq; appellauit: & ſolem, & alias ſtellas, eſſe principium cuiuslibet viui in natura 12. Methaph. com. 8. definiuit Auer. qui aſſerens, de prædicto diuino
H agente, quod ſi Deus cognoſceret hæc mortalia in indiuiduo, ſequeretur, quòd eius intellectus viliſceret; haud animaduertit, vir impius, Deum optimum illum eſſe.

Qui uitam nobis aperit, donatq; beatam.
» *Nam quum diſpoſiti quaſiſſem fœdera mundi,*
» *Træſcriptoſq; mari fines, anniq; meatus,*
Et lucis, noctiſq; uices, tunc omnia rebar
Conſilio firmata Dei, qui lege moueri
Sydera, &c.

vt propterea; author ex his, cum colligatur Deus noſtræ beatæ

Primus rerum omniũ Agẽs, Deus benedictus.

Gradus diuerſi rerum naturalium.

Sol efficiens vniuerſale rerum generatarum.

Falſa Auerrois ſententia de Diuini Agẽtis cognitione.

vitę, ac motionum, omnium ſyderum, quę multò plura ſunt indiuiduis terrę; clariſsimè etiam colligi poſsit, non ſolùm ſpecierum, ſed indiuiduorum omnium, habere cognitionem, quandò in rei veritate cognitio Dei, non eſt à rebus, ſed res ab ipſo in eſſendo, ac cognoſcendo, apud nos omnes, procedunt. Sed reuertentes ad inſtitutum, quemadmodùm agẽs vniuerſale, naturale, indiſinitum eſt, ac indeterminatum, ad rerum naturalium productionem, ſic particulare illud eſt, ꝙ è materia, propriam, atq; determinatam (anima rationali excepta) educit formã. de quo ſanè agẽte, loquẽs Auer. in Paraphr. Methaph. cap. 2. & 7. eorundẽ tract. 31. hæc habuit. *Agens particulare, & naturale, rerum omnium generaturum, eſt agens traſmutationis: & agens traſmutationis eſt idem cum agente ipſius finis traſmutationis, & traſmutans, & generans, aut eſt corpus, aut uirtus in corpore: Nàm cum omne quod generatur ſit aliquid, ideſt creatura, & forma, & ex aliquo, ideſt ex materia, & ab aliquo, ſiue per aliquod, ideſt agens, & appareat etiam, quòd in omnibus generatis, ſiue à natura, ſiue ab arte, ipſum ſit de neceſſitate, aliud numero à paſſo; & quod ipſum, & paſſum ſint idem quiditatiuè, & definitione, uel proportionata: illud mouẽs, quod oportet neceſſariò eſſe ipſum, & mobile idem quiditate, aut eſſe proportionatum, & ſimile, erit ultimum agens, erit ultimum mouens, cum ipſum det propinquo mouenti uirtutem, qua moueat; ultimum uerò mouens ſpermatis eſt pater, & ipſius oui aues, licèt fuerit iam oſtenſum, quòd non ſufficiunt hæc ſine principio extrinſeco, ſub quo corpora continentur cœleſtia: quarè generans, ideſt ultimum agens, particulareq; eſt illud, quod mouet materiam, donec recipiat formam:* hoc eſt illud, quod extrahit ipſam de potentia ad actum, vt ex Ariſt. colligĩt tex. com. 18. Et illud quod mouet materiam, neceſſariò eſt corpus, habens qualitatem actiuam. dicimus eſſe corpus, quid, vt eidem placuit Auerr. 7. Methaph. *Formæ materiales ſunt generantes formas materiales, & ſemina ſunt illa, quæ dant formas, rerum generatarum à ſeminibus, per formam, quam dederunt ſemina generantia:* additum fuit corpus hoc, habere qualitatem actiuam, quoniàm ex eodem Auer. cap. 14. de generat. animalium. *Agẽtis perfectio, & uirtus eſt, ut dominetur paſſo, dominio perfecto, abſq; hoc quod alteretur, à paſſo alteratione ſenſibili.* Atq; ex Auer. hęc omnia, ex quibus cum colligamus, proximum, & vltimum rerum naturalium agens eſſe corpus, habens qualitatem actiuam, hæc proximum efficiens, particulareq; rerum generatarum extiterit, principium. Sed .n. diſtinctionem adhùc, vt afferamus, agentis earundem, doctrinam. Loquentes in primis de animatorum particulari agente. dicebat Ariſt. 2. de gener. animal. 2. *Ineſt in ſemine omnium, quod facit, ut fœcunda ſint ſemina, uidelicet quod calor uocatur, idq; non ignis, non talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus, qui in ſemine, ſpumoſoq; corpore cõtinetur, & natura,*

Efficiens particul. quid ſit.

Quod mouet naturaliter eſt corpus habẽs qualitates.

Agentis perfectio, quæ.

Agens particulare rerũ animatarũ quale.

E *natura, quæ in eo ſpiritu eſt, proportione reſpondet elemento ſtellarum:* hucvſq; Philoſophus, à quo duo habemus, ab Auerr. citata: primum, quòd agens particulare rerum animatarum, eſt corpus, eſt ſemen: ſecundum, quòd ſemen hoc, agit per qualitatem (ſi qualitas dici poteſt) actiuam, nempè calorem, non elementarem, ſed cœleſtem, & cum elemento ſtellarum, in proportione aſsimilem; hic igitur, ex communi omnium ſententia, ille calor eſt, qui particulare cenſetur efficiens, rerum omnium animatarum, atq; introductionis formarum in mixtis. Caro (dicebat Hypp. lib. de carnibus) augeſcens à ſpiritu, vnumquodq; abit ad vnumquodq; ſimile ad ſimile, denſum ad denſum, rarum ad rarum, &c. quam
F eamdem veritatem cognoſcens Auer. 2. de gener. animal. com. eodem, hæc habuit. *Calor uerò animalium, & calor, qui ad ſolem relatus* Auerrois ſententia.
" *eſt, apertè uidentur conſtituere corpora animata, eaq; generare; & in cor-*
" *poribus, in quibus apparet huiuſmodi calor, fortaſſè erit ſemen animali prolifico, aut aliud aliquod excrementum naturale, in animali fœcundo.* Quibus in verbis, agnoſcens duplex rerum animatarum agens, ſolem, vt vniuerſale conſtituit, calorem verò, vt particulare, determinauit; quod idem confirmans Gal. 8. de placitis, calorem bonorum omnium authorem eſſe, ſanciuit; nec quidèm ab re, diſponit enim materiam, ad recipiendam formam, facitq; vt forma, quæ erat in materia in potentia, reducatur ad actum; de forma loquentes, quę Galeni ſentẽtia de calore.
G ab ipſius potentia, apta eſt educi, non de rationali, quę deforìs aduenit; quamquàm, & hæc diſpoſitionem corporis, à calore molitam, requirat. Verùm de calore, qui elemento ſtellatum aſsimilatur, in ſemine, quiue author perhibetur rerum animatarum, ex ſemine ſint iſthæc ſtatìs. Quod ſpectat ad efficiens particulare, earundem, quæ non ex ſemine, ſed putri producuntur materia, idèm Auer. lib. & cap. citatis, ita inquit. *In generabilibus uerò, qui non ex ſe, ideſt caſu, apparebit, quod corpora cæleſtia ſunt illa, quæ dant iſtis aliquid loco ſeminum, & uirtutum, quæ ſunt in ſeminibus, & in eis, quæ generantur ex ſemine. & quod omnia iſta ſunt uirtutes naturales, diuinæ* Efficiens articulare eorũ quæ ex putri materia quale ſit.
H *generantes ſibi ſimilia, ſecundùm quod artes generant ſua artificiata. & ideo dicit Ariſt. in lib. de animalib. quod hæ ſunt ſimiles intellectui, ſcilicet quia agunt actiones intellectuales, & iſtæ uirtutes aſſimilantur intellectui in*
" *hoc, quòd non agunt per inſtrumentum corporale, & in hoc differunt iſtæ*
" *uirtutes generatiuæ, quas Medici uocant formatiuas, à uirtutibus naturali-*
" *bus, quæ ſunt in corporibus: iſtæ enim agunt non operationem intellectus ope-*
" *ratiui, ſed agunt per inſtrumẽta determinata, & membra propria. Virtus aũt informatiua, nõ agit per membrum proprium, ſed uniuerſalitèr non agit, niſi per calorem, qui eſt in ſemine.* hucvſq; Comentator, qui aſſerens in generabilibus, non ex ſe, ſed caſu, cœleſtia corpora dare his ali-

Calor particula è efficiens genitorum ex putri.

quid loco ſeminum, & virtutum, quæ ſunt in ſeminibus, clarè docet, id eſſe calorem; *Segregata caliditas* (dicebat Philoſophus) *naturalis exiſtens non reſpectu corrupti, ſed de nouo gignendi, facit coſtare ſegregata*. quarè à primo ad vltimum, calor eorum, quæ non ex ſemine, ſed ex putreſcenti materia generantur, non quidèm vi propria, ſed corporis cœleſtis, viuentem producit ſubſtantiam, & ſic calor, tàm animatorum ex ſemine, quàm ex putri materia, particulare extiterit efficiens: hoc tamèn diſcrimine, quòd ortus animantium, ex ſemine, debeatur calori ipſius ſeminis, virtute generantis, à quo deciſum eſt: ortus verò animatorum, ex putri materia, vel calori mixti putreſcentis, vel calori ambientis, virtute corporis cœleſtis: cuicumq; debeatur, non elementaris eſt, non igneus (ignis .n. nullum animal generat) ſed cœleſtis, mitis, ac blandus: & quamquàm, ex capitis initio, colligi poſſet, elementarem calorem, rerum omnium, tàm animatarum, quàm inanimatarum, particulare aſſeueraſſe nos eſſe efficiens. attamèn ſtrictè loquentes, alius eſt calor rerum animatarum, & alius inanimatarum, ille ſiquidem eſt cœleſtis, vt diximus, hic verò, ab elementis dependet, vti dicemus. A B

Calor, qui generat animata non eſt igneus.

RERVM *omnium inanimatarum, metallorum .ſ. & lapidum, particulare ac proprium, determinatur agens, quod cum caliditas, & frigiditas exiſtat, quomodò generatio ab utraq; pendeat, definitur.* *Cap. IX.*

INTEGRA, de proximo, particularìq; rerum omnium naturalium agente, vt habeatur doctrina; decreuimus, antequàm videamus quomodò agens in generando procedat; quale inanimatorum ſit idem, vt puta lapidum, metallorum, ac conſimilium indagare. Ab Ariſt. igitur non diſcedentes, nulli dubium, qualitates actiuas, quæ habuerint dominium ſuprà pasſiuas, eas eſſe, quę vim habent generãdi, ac educendi formã, quę deliteſcebat in materia, determinata, ſiue diſpoſita de potentia ad actũ. atq; hãc veritatẽ attingẽs Philoſoph. 4. Metheorol. cap. 2. apertè docuit caliditatẽ, & frigiditatem vim hanc habere educendi formam, ab humiditate, & ſiccitate. *Eſt autẽ ſimplex, & naturalis generatio* (inquit ibi) *traſmutatio ab his uirtutibus, cum habeant rationẽ, ex ſubiecta materia, unicuiq; naturæ. hæ autẽ ſunt dictæ uirtutes paſſiuæ*. vbi interpræ tes omnes declarantes, habere rationem, ſpectare ad actiuas; eſſe ſubiectã materiam ad pasſiuas: declararunt etiã, generandi vim, pertinêre ad caliditatem, & frigiditatem, & ſubiectum generationis exiſtere, humiditatem, & ſiccitatem, ſiue elementa, propria humiditate, & C D

Caliditas, & frigiditas cauſa efficientes rerum inanimatorum.

ſiccitate

E ſiccitate donata. Ignis igr̃,& aqua, ſuarum qualitatum vi, caliditatis, .ſ. & frigiditatis. vniuerſa producunt: calor.n. formæ multum,materiæ obtinens parum,ſi cum cœteris qualitatibus conferatur,omnium miſtorum formator præcipuus, remiſſè ſiccus,rariſſimus,in agendo multùm efficax,& plurimus, in reſiſtendo lãguidus,homogenea congregat, & hetherogenea ſecernit, ad horumq́; effectum, generatio ſequitur. Frigiditas autèm, calorem attemperans,craſſiorem reddit ſubſtantiam, durum in cõcretione committit, hetherogenea,& homogenea firmat, denſat,& roborat: & quamquàm humiditas etiam, & ſiccitas ſuas habeant actiones,attamèn vis educendi formam,à ſubiecta materia,calori in primis,frigiditati ſecundò,conceſſa eſt.atq́; ad hanc vim, reF ſpiciẽs Philoſ.citato libro.*Videntur inquit in omnibus caliditas quidèm, & frigiditas, terminantes, & copulantes; & traſmutantes; & ea quæ ſunt*
" *eiuſdem generis, & ea quæ non ſunt eiuſdẽ generis & humectantes, & exic-*
" *cantes,& indurantes & mollificantes. Sicca autèm, & humida, terminata,*
" *& alias dictas paſſiones patientia,&c.* quarè calori, atq́; frigiditati cũ accepta ſit cauſa particularis mixtorum inanimatorum,metallorum,ac lapidum; concludendum particulare agens ipſorum eſſe, caliditatem,& frigiditatem in terræ cauitatibus incluſas, caliditate quidèm, concurrente ad ſegregationem puri, ab impuro, ad concoctionem viſcoſi terrei ſucci,pinguis ac tennis perfuſi, ad eductionemq́; formæ: frigiditate verò,ad condenſationem,huius G aut illius diſpoſitę materiei,in aurum, argentum, vel ferrum, &c. iuxtà diſpoſitionem;quam ad vnum,vel alterum,nacta fuerit materia. Sed.n.in metallorum particulare efficiens, poſtquàm incidit oratio: adnotatione occurrit dignum, ex Augurello Poëta, Platone, magnoq́; Alberto, quòd

Calor eſt præcipuus formator mixtorũ naturalium.

Calor, & frigiditas educũt formam.

Calori, & frigori accepta eſt cauſa particularis mixtorum.

Pullulat interdùm proprij uirtute uigoris,
" *Auri perpetuum germen.*

Metallorum efficiens quale.

" de quo vigore,ediſſerens Marſilius Ficinus, in libro de triplici vita: Spiritus dixit,in lapidibus,& metallis latet,mole materię oppreſſus,qui ſi rectè ſcrutetur,&c.vbi cõcludens Ficinus, Spiritum quemdã metallis ineſſe; aſſerenſq́; Albertus Magnus,metalla ſua H quadam morte mori;quadã eẽ propria (ſi ita fas eſt loqui)ſignificarunt, viuere vita;à qua generent,atq́; conſtituant:id quod reſpiciens forſàn diſertiſſimus Plinius: *Vidimus* (inquit)*ulcera montium, ſua ſponte compleri*: argumentum firmiſſimum, pratèr caliditatem, atq́; frigiditatẽ,ad metallorum generationem, concurrere ꝓpriã quãdam,ac ſibi familiarẽ potentiã,in materia diſpoſita, collocatam; à qua iuxtà dictam in ſuperioribus capitibus diſpoſitionem, vnum ꝓducat,vel alterũ. Cœterùm quænã huiuſmodi ſit potẽtia,

&

Spiritus author & efficiẽs rerum omnium, quis.

& qui ſpiritus, vel poetarum coriphæus expreſsit, dum cecinit. A

Spiritus intus alit, totamq; effuſa per artus,
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet,

vel nullus vnquã cognouit. quãdoquidèm, ex Georg. 4. admonuit.

Deum namq; ire per omnes
Terraſq; tractuſq; maris, cælumq; profundum.

vt propterea iure merito, Deus opt. max. ſtatui posſit, rerum omnium, atq; bonorum Author: Ab hoc igitur, iuxtà illud Philoſophi, cum omnibus ſit datum eſſe, & viuere, his quidem clarius, his verò obſcurius: concludamus, inter agentia naturalia (Deus .n. diuinisſimus Agens eſt.) calori, atq; frigiditati, rerum omnium inanimatarum particulare efficiens, eſſe acceptum. Verùm quid de qualitatibus (vt aſſentiamus in verbis) dicendum, quæ viſunt in mixtis & vnde traducunt exordium? ad hæc Auer. 7. Metaph. com. 32. oſtendens, quomodò qualitates, quæ accidentia ſunt, generentur in mixtis, apertè inquit. *Aliqua qualitas generatur, à ſibi ſimili in ſpecie, & alia eſt, cuius generatio ſequitur formam mixtionis; hac autem eſt forma complexionalis, primarum qualitatum.* Ex hac igitur Auer. authoritate, deuenientes, ad proprium, definitum, atq; particulare agẽs, qualitatum quę viſuntur in adipe, aſſerimus, redundantem caliditatem; & minorem humiditatem, collocatam in ſanguine, vtì opportuna materia, ex qua: & formam mixtionis eiuſdem, ſiue ipſarum qualitatum in eodem, exiſtentium complexionem, eſſe in cauſa, vt adeps generetur calidus, & humidus. Inſita namq; caliditate, & humiditate in ſanguine, hic quotieſcumq; ſuppetit, & ſupra modum aſſatur (Gal. vel authore 2. de different. feb. 9.) pars eius ſubtilior, & pinguior, in bilem flauam conuertit, crasſior verò, & terreſtrior in adipem: Nunc bilis, calidisſima eſt, quià calidum agens, calidum quoq; paſſum; & adeps frigidus erit? ſiccior bilis eſt ſanguine, propter aſſationem, nec minus humidus eodem, extiterit adeps? valeant quicumq; aliam, ac ab ipſo Gal. reiq; natura, in philophando ſectati ſunt viam. In reliquis, haud nos conturbant, quæcumq; obiectiuè proponuntur ab Apologiæ Authoribus, aſſerentibus. *Si adeps eſt calidus, quia ſanguis eſt calidus. A pari poteras in minori dicere, ſed ſanguis eſt fluidus, eſt rubeus, & id genus accidentium inferre; ergo adeps eſt fluidus, eſt rubeus;* quandoquidèm, agens duo intendens, ſanguinem ſ. pro adipis generatione, diſponere, & proindè huius formam, à ſanguine educere, & conſequentia formam condonare: caliditas, vt diſpoſitiua concurrit, & propterea remanet: fluiditas, & rubedo, non ſolùm, vt qualitates diſpoſitiuæ, non accedunt, ſed nec formam conſequuntur eiuſdem, dans enim formam, accidentia ſolùm dat conſequentia formam:

De agente qualitatum in mixtis. B

Bilis, & adipis materia, quæ. C

Aſſertio 29. D

Dãs formã dat accedẽtia cõſequẽtia formã.

E mam: quæ ſanè cum ſit albedo, atq; craſsities, ſiue conſiſtentia, hinc eſt, cur adeps ſit albus, & craſſus, minimè autem, fluidus, ac rubeus. his accedit, quòd cum adipis materia ſit craſsior, & terrena magìs ſanguinis portio, eaq; excocta, & adaſſata, fluidus adeps eſſe non poterat. Quòd ſi cum Gal. dicamus lib. de ſemine, quòd omne alterans ducit in ſui naturam alteratum: & Membranę ſunt eæ, quæ alterant, & ſanguis, alteratum; ex neceſsitate fit, vt adeps alterantis ſequatur colorem, nimirum albedinem. Velutì enim generatur, ex ſanguine in mammis lac, quod album eſt, ſemen ex eodem in teſtibus, & album paritèr eſt, licèt ſanguis ſit rubeus; ſic adeps generatur in membranis, quibus dum ſanguis ſuppetit, inhęret, atq; concreſcit, & albeſcit, vndè ſi concreſcit, non poteſt eſſe fluidus; ſi albeſcit, non poteſt eſſe rubeus: dans etenim formam, dedit caliditatem, igneitatem, acrimoniam, mordacitatem, albedinem, duritiem, atq; craſsitiem, &c. vt conſequentia ad formam, non autèm fluiditatem, neq; rubedinem. Adeps igitur calidus, igneus, acris, mordax, albus, ac craſſus, ſiue denſus extiterit, tum dictas ob cauſas, tum quià, ex ſancita deſuper lege: Ab vno, in quantum vnum, non prouenit niſi vnum. Sed de his ſatis, de agente adipis determinato infra. Quomodò agens in generando procedat, an ſcilicet corrumpendo, an diſponendo, quęuè ad generationem ſint neceſſaria, iam nunc expendamus.

Pulchra ſimilitudo.

Concluſio de adipis facultatibus.

G

QVALIS Agentis in generando exiſtat intentio; ubi quod non corrumpendo, ſed diſponendo procedat, tàm in ſimplicium, quàm compoſitorum omnium generatione, decernitur. Cap. X.

AGENTE definitio, vniuerſali, atq; particulari, rerum omnium generabilium, noſtrę ſunt partes, vt aſſerentes Apologiæ Authores: *Quòd dum generare intendit agens, incipit corrumpere illas qualitates, dependentes à priori forma, ex quib. ſubſtentabàtur:* videamus an talis agentis in generando exiſtat, progreſſus. Philoſophicè igitur rem

Aſſertio octaua.

H pertractantes; dùm agens aliquid generare intendit, non ſtatim aliquid corrumpit, ſed materiam ſibi parat idoneam, pro forma introducēda in mixto: materiā quidē, quià ſat patet, ex dictis, quēadmodùm generatio phyſica, abſq; ſubiecto celebrari nō poteſt: idoneā verò, vt forma determinata, ac propria, nō ſolùm indè poſſit educi, ſed aſſeruari. Idonea aūt eſt, tum per quantitatem, tum per qualitatem: quanta, vt ſit materia idonea, requiritur, vt poſſit diuidi; diuiſibilis eſt, vt poſſit traſmutari: qualis autem eſt,

Quomodo agens in generando procedat.

nè

nè indifferens,& communis ſit,ad plures formas. Alterius formæ (dicente Philoſopho,2. phyſic.26.) alia eſt materia. Conſtituta ergo materia quanta,& quali: quam,talem efformat agens,beneficio primarum qualitatum(quibus medijs agit) formam particularem educit; in eaq; eductione,omnia illa remanent accidentia, quib' vſus eſt agens,ad eiuſdem diſpoſitionem: ita vt, cum exẽpli gratia,agens generationis adipis,ſit caliditas;hæc ſanguinem diſponat,per caliditatẽ, minorem humiditatem, acredinem igneitatem,&c.quæ omnia accidentia cum in materia remaneant diſpoſita,nullo pacto dicendum,corrumpendo procedere: Quia .n. multa ſunt accidentia diſpoſitiua in ſanguine, ad eductionẽ formæ ipſius adipis,nullo modo corrũpunt,ſed aſſeruant; vti millies decantauimus.Sed ſpecificè rem magis tractemus. Vulgatisſima propoſitio eſt. Quòd idem eſt agens inducens formam, & diſponens materiam. Verùm an huiuſmodi diſpoſitio fiat ꝑ omnimodã corruptionem,formarum omnium, ac accidentium, quæ erant in materia,è cuius gremio forma educenda eſt, non dùm vulgatum ſatis. Quamobrèm,altiorem ex dictis requirẽs indaginem: repetamus obitèr, quod ſi agens talem adinuenerit materiam, exornatam .ſ. ijs,qualitatibus,vel accidentibus,quæ aut ſint diſpoſitiua,ad formam de nouo introducendam,vel non poſitiuè contraria,nullo pacto iſthæc corrumpit,ſed aſſeruat; per eorumq; aſſeruationem,diſponit materiam. Vtq; veritas eluceſcat in cunctis, ſimplicibus,compoſitis,inanimatis,ac animatis. Iàm patet,quòd per primarum qualitatum aduentum in prima materia, quatuor numero procreantur elementa ignis videlicet, aër,aqua,& terra. in hac igr generatione,ſi quæramus, quomodò procedat agẽs,cõperiemus,nõ corrumpendo,ſed diſponendo,procedere: ita vt,diſpoſita prima materia per caliditatem, generet ignis; per humiditatem,aër; per frigiditatem,aqua; per ſiccitatem,terra. Quòd ſi vlteriùs ꝑcedere velimus, ac q̃rere, vnde qualitates, quę viſcũt in elementis,ſcaturiant; reſpondendum,è ſinu ipſius primę materię,orbatæ genere quocumq;accidentium, in potentia tñ ad oĩa: deliteſcunt ſiquidẽ in ea,nõ ſolùm formæ,tàm ſubſtantiales,q̃ accidentales,ſed,& accidentia omnia, ex quorum diſpoſitione forma educitur,& introducitur.Generãtur inuicèm elementa; ſymbolum generatur ex altero, ſymbola remanente qualitate, corrupta cõtraria 2.de gener.& corr. tex.25. aſſerebat Philoſophus. quarè non corrumpendo ſemper in ſimplicium generatione, agẽs procedit,ſed diſponẽdo: & quia diſpoſitio quandoq; nõ põt fieri, abſq; corruptione cõtrarij;hinc fit,vt corruptionẽ aliqñ,ſed ſecũdario,nõ autẽ in primis,intendat. Sed hac de re,diſputatũ iá eſt.

Accidentia, q̃ remaneant in genito. (A)

Propoſitio fũdamentalis. (B)

Agentis progreſſus in ſimplicium generatione. (C)

Materia prima quomodo ſubiectum omniũ accidentium. (D)

E quod attinet ad elementata, ſiue compoſita, ac genita ex elemen-
tis. Philoſophantes omnes, in hanc deuenêre ſententiam, ele-
mentorum etiam qualitates, non corrumpi, ſed in compoſitis re-
manêre. *Illud autem* (dicebat Fernelius 2. ſuæ phyſiolog. cap. 7.)
“ *quod aiunt, elementorum formas euaneſcere, cum in compoſitionem ea con-*
“ *uenerint; quantùm obſcurat, & inquinat omnem philoſophiæ ſplendorem?*
“ *idem enim fieri putant, in elementorum permixtione, quod in ſimplici rerum*
“ *traſmutatione ubi recens aliqua forma in ſubiectam materiam commigrat,*
pellitur uetus, utq; decidit, &c. & re vera, cum elementorum ſub-
ſtantiæ, à primis qualitatibus, diuelli non poſſint, quia ad mixtio-
nem, tàm ſubſtantiæ, quàm qualitates accedunt, meritò remane-
F bunt in mixtis; quod ipſum experientia atteſtatur; in quolibet
ſiquidem mixto; primariæ illæ perſentiuntur, à tactu qualitates;
& in quibuſdam adeò intenſæ, vt viſæ ſint inſectari eandem et na-
turam, quam ſortitæ ſunt in elementis: in quibus ſanè veluti in eſ-
ſe intenſo reperiuntur qualitates præfatæ; ſic in compoſitis in re-
miſſo, conſiſtunt eædem: quarè non corrumpendo dicendum, a-
gens in mixtorum generatione, ex elementis procedere (ſtante
quod mixtio, ſit vnio, alteratorum, non corruptorum) ſed diſpo-
nendo; ſummum videlicet calidum, cum ſummo, attemperando,
frigido; ſummumq; cum ſicco humidum; omneſq; inſimul qua-
litates; ad temperiem illam reducendo; quæ mixto gignendo ſit
G accomodata. Si enim caliditas V.G. frigiditatem corrumperet,
& humiditas ſiccitatem, non mixtorum, vel compoſitorum, ſed
ſimplicium fieret generatio: *Si caliditas* (dicebat Illuſtriſſ. Tole-
tus) *ad ſuum perfectum terminum peruenire ſinatur, rem corrumpit, &*
aliam generat. Verbùm quia, non corrumpendo procedit agens,
ſed diſponendo qualitates nimirum; quæ ſibi inuicem exiſtunt
contrariæ; eas inuicem attêperando; hinc fit, vt Agens nullo pa-
cto qualitates in primis corrumpat, ſed diſponat; diſpoſitaſq; aſ-
ſeruet, pro nouæ in materia formæ introductione: Niſi enim di-
ſpoſitiones, ab agente in materiam introductæ, remanêrent, ma-
teria ipſa indifferẽs, communiſq; eſſet, ad plures formas; quia nõ
H magis huic, quàm illi eſſet determinata. Atq; hoc eſt, quod vni-
uerſa Philoſophorum prædicat ſchola; Agens non agit, niſi ma-
teria ſit bene diſpoſita; hoc eſt, non educit formam, ab ea, niſi per
proprias, ac determinatas qualitates, quæ etiam remaneant. & ſit
qualis, & quãta, vel qualitate ꝓpria, ac quantitate affecta. hincq;
” fit, vt qualitates quæ inſunt in ſeminibus (vt ad animata deuenia-
” mus) quæ habent in genitis animatis locum materiei, ex qua: vt
omnes in iam genitis aſſeruentur; quemadmodùm in medicis pa-
teſcet exercitationibus: colligatur nunc paucis; quòd cum ele-
menta

Agentis progreſſus in generatione cõpoſitorum.

Fernelii ſententia.

Illuſtriſſ. Toleti ſententia.

Vulgata Philoſophorum propoſitio.

menta in mundo illud idem ſint, ac humores in humano corpore. A
ὅπερ (aſſeuerante Gal. lib. de humoribus *ἐν κόσμῳ στοιχεῖον, τοῦτο ἐν ζώοις χυμός*, neceſſum omninò fateri eſt: humorum omnium in animato corpore, qualitates remanêre, eiuſdemq́; partes ſingulas, naturam ſapere, principiorum, ex quibus productæ ab agente ſunt, ex ſemine inquam, & ſanguine; iuxtà vtriuſq́; temperiem, & conſtitutionem: ita vt, ſi ſemen, & ſanguis, temperaturę ſint calidæ, hanc ipſam nactæ ſint corporis partes; ſi frigidæ, frigidam, & ſic de reliquis. Hacq́; ſtante doctrina, reuertentes ad generationem adipis ex ſanguine; Agens, dicendum particulare non qualitates, quæ ſunt in ſanguine in primis corrumpere incipere, ſed diſponere, ad adipis introducendam, in ſanguine formam; caliditatem ſcilicet augendo, humiditatem, minorando, fluiditatem incraſſando, & rubedinem albificando; quę omnia, cum à maiori ſanguinis excoctione procedāt; cum excoctio, potius alteratio ſit, quàm corruptio; concludamus, potius per alterationem quamdam, quàm corruptionem, adipem ex ſanguine eſſe productum. Siq́; per corruptionem formarum, & accidentium, quæ prę erant in materia, à qua noua educenda eſt forma, agens dicere velimus procedere; ex eo quia generatio vnius eſt corruptio alterius (eo tamèn modo quo explanatum eſt a). Adnotatione occurrit dignum, quòd agentis intentio, nullo pacto eſt in primis corrumpere qualitates dependētes à priori forma, &c. (Corruptio enim non habet rationem bonis) ſed generare; in quo bono conſilio, quia nequit perſiſtere, niſi aliquid deſtruat, & corrumpat; hinc fit, vt ad generationem vnius, alterius ſequatur corruptio, quæ non per ſe primò intenditur, ſed ex accidenti: eo ſcilicet inquam modò, quo inter politicos ceteros viros, alter morti ſe tradens, hic primò mortem non intendit, quoniàm malum; ſed commune bonum, patriæq́; ſalutem, quę quià conſequi minus poteſt, niſi ſe morti exponat; idcirco ex accidenti mortem reſpicit, quod idem, de naturali dicentes agente: quid ſit, id quod verè generatur, & an in inſtanti generetur, opportunum iam eſt, vt expendamus.

Agentis progreſſus in generatione animatorum.

B

Adipis generatio ex ſang. per alterationem.

C

Agentis verus progreſſus in generando qualis.

D

QVOD compoſitum illud ſit, quod proprie generatur, non forma, uel qualitas, quodq́; generatio non fiat in inſtanti, ſed ſucceſſiuè. *Cap. XI.*

OMNE Apologiæ Authoribus, nobiſcum altercandi vt auferatur confugiū, diſcuſſis ijs, quæ non leue ſibi negotium faceſſere videbantur, circa aſſertiones omnes, ſpectantes, ad integram penè tractationem, de generatione, atq́; corruptione mixtorū omnium naturalium in genere; ſuadet nunc aſſertio illa, in qua exaratum eſt.

E *Et ſic tunc ſequitur corruptio prioris formæ, & generatio noua formæ, ambarum tamen in inſtanti:* vt diſcurſui ſubijciamus, an forma, illa ſit, quæ generetur, an qualitas, an accidens; vel compoſitum, forma aliqua, qualitate, vel accidente, exornatum. Recurrentes igitur ad Principem Peripateticorum, eiuſq; magnum commentatorem, Auer. ſcribentes hi, 7. Methaph. com. 26. quod *Agens non facit in alio aliud, ſed ex alio aliud; non enim facit in materia formam, ſed facit in materia formatum; propterea quod non eſt dicendum, generatum eſſe unum ſimpliciter, id eſt formam tantùm, ſed compoſitum, ex materia, & forma, priuatione præcedente:* Strictè vt in ſcientia demonſtratiua conuenit, loqui volentes, nullo modo, eſt forma, illa; quam agens generat; aut, quæ ab agente generatur, ſed compoſitum: ad huiuſq; generationem, vel productionem comproducitur etiam forma. atq; hanc veritatem animaduertens AEgidius, quæſt. 12. citati Methaph. lib. ſcriptis mandauit, formam, non produci, nec fieri; ſed compoſitum, ad cuius productionem, comproducitur forma, & conſit forma. vbi Auer. quoq; tex. 32. eiuſdem libri memoriæ commendauit. *Et hoc, quod dicimus, quod forma non generatur; neq; corrumpitur, non eſt proprium ſubſtantiæ, ſed eſt commune prædicamento ſubſtantiæ, & alijs etiam prædicamentis.* quod ipſum ſpectari poteſt apertè, & 12. Methaph. tex. com. 17. & 5. Phyſic. com. 5. quibus in locis ſcribens Philoſophus. Non generatur qualitas, quæ eſt tanquam forma, ſed generatur corpus habens qualitatem aliquam, V. G. hoc lignum demonſtratum, in quo eſt aliqua albedo; & ſimiliter in ſubſtantia non generatur forma, V. G. animal, ſed corpus: omninò aſſeuerandum, nimis largam Authorum Apologiæ fuiſſe doctrinam, aſſerentem paſsim, modò qualitates generari nouas; modò, corrumpi; modò ſequi corruptionem prioris formæ, & modo ſequi, generationem nouæ, &c. cum re vera non forma illa ſit, vel qualitas, quæ generatur, ſed corpus habens formam, vel qualitatem, dicamus nos rectiùs facultates, vel vires; & proindè compoſitum: elementum videlicet, quod licet corpus ſit ſimplex, ex materia tamen, & forma exiſtit compoſitum; elementatum, imperfectum, perfectum, inanimatum, & animatum, præditum duplici facultate; manifeſta vna, à manifeſta dependente, qualitatum in compoſito, temperatura: occulta alia, ab occulto, elementorum, proficſcente formarum ſubſtantialium, concurſu. At de re vili ſatis, reliquum Aſſertionis ſpectantes caput; Quòd in inſtanti, corruptio, prioris fiat formæ, & generatio nouæ aſſertio 11. reliquit textatum. verùm nùm, ità ſentiat Philoſophorum Princeps, non conſtat. id igitur inquirentes, meminiſſe oportet in primis; quòd cum duplex, formarum ſit genus, ſubſtantialium vnum, accidentalium

Aſſertio vndecima.

Auer. pulchra ſententia contra dictam aſſert.

AEgidii ſententia contra eandem aſſertionem.

Concluſio aduerſus dictam aſſertionem.

Refellitur alterum caput aſſertionis allatæ.

cidentalium alterum; etſi generatio, & corruptio ſit vna ſpecies A
motus, nullo pacto vnius, aut alterius formarum generis, intro-
ductio in materia diſpoſita, fit in inſtanti (ſic enim propriè lo-
quendum eſt) ſiquidèm Philoſoph. 4. phyſic. tex. 129. cõmendans
monumentis literarum, mutationem omnem fieri in tempore:

Omnis mutatio fit in tempore.

quia generatio, & corruptio, ex ante à nobis dictis, mutatio eſt:
non facile patet, quomodo fiat in inſtanti: his accedit, quòd, de-
cernens idem Philoſophus 7. phyſic. tex. 34. quòd vna generatio,
comparata alteri, eſt magis, aut minùs, velocque velox, vel tarda,
quàm altera: haud pateſcit, quomodò id, quod tempore menſu-
ratur, fiat in inſtanti? Cum enim iam aliquid dicatur genitum,
cum introducta eſt forma, quià hæc ſucceſsiuè introducitur; nullo
modò, quod genitum eſt, dicitur genitum in inſtanti. In quo ta- B
mèn, ſi quidpiam generati poſſet, ſequeretur hoc vnum, quòd ge-
nerari, & genitum eſſet idem, & ſic fieri, & factum, quod 6. phyſic.
naturæ magiſter maximoperè duxit abſurdum, aliud decernens
eſſe mutari, & mutatum eſſe. His altera ex nupèr allatis accedit

Ratio altera contra ſecundum caput aſſertionis.

ratio, quæ talis eſt: Cum nulla generatio tàm ſubſtantialis, quàm
accidentalis, fieri poſſit abſq; alteratione, quis non videt, quod
cum alteratio fiat in tempore, in hoc etiam generatio fiet, eoq;
magis cum compoſitum propriè dicatur generari, non forma.
Sed quò noſter tendit hic ſermo? Scribentes Apologiæ authores,

Aſſertio noua.

*Quòd non poteſt fieri generatio, niſi præcedat corruptio, neq; noua poteſt ge-
nerari forma, niſi prior corrumpatur*: vbi prius adeſt, atq; poſterius, C
quî fieri poteſt, vt inſtans poſſit adeſſe? Contradictio itaq; mani-
feſta in verbis; ſiquidèm, vbi paulò ſupra, decreuêre generationẽ
præcedere corruptionem; in præſenti, in vno, & eodem inſtanti,
aſſerunt, corruptionẽ fieri prioris formæ, & generationem nouæ,
(ambarum, dicentes in inſtanti) & reuera, ſi ad generationem
alicuius nouæ in materia formæ, neceſſum eſt priorem in eâdem
corrumpi, quomodò, generatio, & corruptio, quæ contrariæ mu-
tationes ſunt, vtraq; fiet in inſtanti? Quòd ſi velint eruditi viri
inſtare, dicentes eos loqui, de generatione ſolùm noua, quæ in vnó
fiat inſtanti, & corruptione prioris forma, quæ in altero fiat in- D
ſtanti, equidèm, ad inſtantiam, nullum valet confugium: propte-

Auerrois ſententia contra aſſertionem Aduerſariorũ.

rea quod Auer. 1. phyſic. com. 62. loquens de hominis generatio-
ne, apertiſsimè docuit, In ea ſucceſsiuè deperdi partes ſeminis,
hoc eſt corrumpi, & acquiri partes humanæ formæ, hoc eſt genera-
ri. quarè ſi ſucceſsiuè dependuntur partes corrumpendi, & ſuc-
ceſsiuè acquiruntur partes generandi; nullo modo in inſtanti,
generatio nouæ fiet formæ, & prioris corruptio; ſed in tempore,
juxtà vulgatum illud adagium, omnia fuerit in tempore: quam

lippis

E lippis,atq; tonſoribus notisſimam propoſitionem,promulgatam à vulgaribus,in gratiam artifitialium; haud veremur,naturalibus omnibus gignendis,ex aliorum corruptione,compoſitis poſſe accomodari:non ſolùm in eductione formæ ſubſtantialis,ſed,& accidentalis, vt ex dictis ſatis apertè colligitur, impoſterumq; dicendis,ſpectatur. Generatio,apud philoſophantes,cum ſumatur ꝓ introductione propriæ formæ in materia, ac præuia huius diſpoſitione: quià diſpoſitio hæc fit in tempore, generatio impoſſibile eſt,vt fiat in inſtanti: quod ipſum,habens veritatem in generatione ſubſtantiali; multò magis in accidentali (cuius gratia omnis à nobis in paradoxo,atq; præſentibus exercitationibus,eſt

Vulgatiſſima ſententia.

Ratio altera contra aſſer.

F inſtituta oratio) veritatem habebit. Accidentalis enim forma, introducenda in materiam, cum ſuſcipiat magìs, & minùs,educatur, è contrarijs, & gradus habeat, ſecundùm quos intenditur, & remittitur; ſucceſsiuè acquiritur, & introducitur: nec ſolùm, ratione ſui, ſed ratione ſubiecti (quod quià non totum ſimul, & ſemèl euadit diſpoſitum, ad ſuſcipiendam formam) hinc fit, cur ſucceſsiuè, non in inſtanti, ea introducatur. Neuè alienum quæramus exemplum. Supponamus cum Apologiæ Authoribus, ligna viridia,quæ donèc ſunt ſub forma ligni, citrà controuerſiam ſunt frigida, & humida, adueniat ignis, & agat in huiuſmodi ligna, quovſq; corrumpatur forma ligni, & generentur carbones; clarum eſt,quod corruptio ligni, & generatio carbonum non fit,

Exemplorum aduerſatii vi, decernitur cõtra ſuam aſſertionem.

G in inſtanti,ſed in tempore, & proindè ſucceſsiuè: quod idem, & in calcis,cum colligatur exemplo (calx enim,non niſi longo temporis ſpatio, ex lapidibus, qui per alueos fluuiorum reperiuntur, generatur) quam peripatetica aduerſariorum, hæc extet doctrina, iam ſatis ſuperq; notum, id dumtaxàt reſtat, quod cum exemplorum attigerimus cateruam; quanti hęc facienda ſit, (ad noſtræ allatæ ſententię deſtructionem, de remanentia accidentium,quæ viſuntur in, de nouo,genito,ex corrupto) expendamus, & inquiramus: Verùm quià exercitatio tripartita eſt, rationibus allatis in præſenti, exempla in ſequenti ſpectemus.

Refellitur aſſert.aduerſari. per ſuum exemplum.

H

F I N I S.

EXERCITATIONVM A
PHILOSOPHICARVM
SECTIO TERTIA.

Argumentum.

VARIIS, Atq; diuerſis (ad eumdem tamèn properantibus finem) exploſis, excellentium Apologiæ Authorum, in præcedenti ſectione, ratiocinationibus, & argumentis. Aſſumpta ſcribendi, nos inuitat prouincia ad exemplorum contemplationem, logicaliaq; nonnulla. vt conuertamus hunc ſtilum. Nàm prętèrquàmquòd ſic ponderibus cuncta; librata erunt, ſuis, philoſophica nempè philoſophicis, ac logica, logicis; vnico apparebit intuitu, quanta in rectè à nobis hactenùs, conſtitutis ſententiis, vis inſit, ac robur. Noſtrum igitur id fuerit in pręſenti inſtitutum; philoſophica omnia, aduerſarii exempla, dialecticas, logicaſq; rationes, adamuſsim expendere, veritatem inquirere, ac nonnulla, quæ de ſermone ſunt, minimè iniocunda indagare: ea tamèn lege, qua philoſophiæ ſplendor, in his, de quibus in anteriori ſectione pertractatum eſt, ac in his, de quibus diſſeretur impoſterum, tàm in philoſoph, quàm in medicina elucescat, ac fulgeat. B
Et quià in hircini adipis gratiam ſcribendi omnis ſuſcepta eſt prouincia: quę eiuſdem ex ſanguine, materialis illius cauſa, ſint vires, ac facultates, quomodoq; noſtrum corpus ab alimentis alteretur. obitèr ex rei natura inquiritur, & indagatur.

EX falſitate ſuppoſitionis exemplorum, ac diſſimilitudine eorundem, quæ fuere allata, ab Apologiæ Authoribus, de ignis, carbonum, ac calcis generatione; oſtenditur, nil poſſe concludi, aduerſus noſtram ſententiam, de remanentia qualitatum (quæ erant in adipis materia) in ipſomet adipe: qui cur calidus, igneus, acris, mordaxq; exiſtat, confirmatur. C
Cap. I.

AD Exempla tandèm, venientes Apologię Authores, quò nobis ſuaſum haberent, hircinum adipem, vt, & quæcumq; mixtum, de nouo, ex alterius corruptione productum, nullas reportare qualitates, earum quæ fuerint, in corrupto, vt puta in ſanguine, ratione adipis; vel in altero, ratione aliorum mixtorum: hæc aſſeruerunt; *Exemplis tota res magis eluceſcat. Supponamus ligna uiridia, quæ*
Aſſertio 12. *donèc ſunt ſub forma ligni, citrà controuerſiam ſunt frigida, & humida;* D
Adueniat ignis, & agat in huiuſmodi ligna, quouſq; corrumpatur forma
Decimatertia *ligni, & generentur carbones; Clarum eſt, quod cauſa materialis, carbonum erant ligna illa uiridia; ergo inferendum eſſet, per doctrinam tuam, carbones ſunt frigidi, & humidi, quid eorum cauſa materialis erat frigida, & humida, quod eſt falſiſſimum: Sunt enim ipſimet carbones calidi, & ſicci.*
Decimaquarta. atq; his, primum philoſophicum, clauditur exemplum: pro eius igitur illuſtratione, necnon aliorum, meminiſſe oportet in primis, quòd quamquam in ſcientia demonſtratiua ſuperuacaneus ſit

E ſit exemplorum vſus; exempla tamèn, ſi danda ſunt, eius eſſe debent conditionis, vt ſint vera, per eaq; ignota particularia, per ſimilia nota demonſtrentur, particularia; Hac ergo veritate firmata: allatum, ab Apologiæ Authoribus, exemplum, quam obſecro habet naturam, vt per eam, poſſit monſtrari; hircinum adipem, vt, & qualecumq; mixtum, nullas reportare facultates, ac vires, earum, ex quibus, vt materia, extant conflata? ecce, exemplum eſt falſum, quià ſuppoſitio eſt falſa; non eſt à ſimili, quià, vbi generatio adipis, ex ſanguine eſt opus naturæ; generatio ignis, ex viridibus lignis exiſtit artis: & falſa quoq; concluſio eſt, genitorum, ex lignis carbonum; quia nullo pacto, carbones ſunt calidi, & ſicci, ſed frigidi potiùs, vt ſuo loco patebit. Nunc reuertentes

Exemplorum conditiones quæ.

F ad primum. Exempli manifeſta falſitas, vel indè vnicuiq; patet ꝙ nullus vnquam in philoſophicis miſterijs eruditus, vel ſaltèm, in demonſtratiuis ſcientijs verſatus, aſſeuerabit; ligna viridia, ignis, aut carbonum, eſſe materiam: quandoquidèm, conſiderata ligna, vt frigida, & humida, ob idq; in eorum propria natura: non minùs, eſſe poſſunt materia, arcæ, domus, ſtatuæ, nauis, aut ſimilium, quàm ignis, atq; carbonum. Vtq; de igne loquamur in primis: huius forma, cum non poſſit in materiam introduci, niſi hæc ſit bene diſpoſita, diſponaturq; per caliditatem, & ſiccitatem; quî fieri poteſt, vt ligna quouſq; frigida ſunt, & humida, ignis cenſeantur materia? quarè deceptos eſ-

Refellitur aduerſarii exemplum plures ob cauſas.

G ſe concludendum, Apologię Authores (qui ſtrictam alioquin profeſſi ſunt doctrinam) in aſsignanda ignis materia. quandoquidèm ſi per frigiditatem, & humiditatem, ea eſſet diſpoſita; ex eo, quia diſpoſitionem remanère, decreuimus; inferendum per noſtram doctrinam, frigidum, & humidum exiſtere ignem. Atq; hanc veritatem cognoſcẽs Benedictus Pererius lib. de prima materia, & priuatione cap. 3. loquẽs, de varijs eius ſignificationibus, inter eas, quæ ad rem noſtram faciunt, hæc eſſe videntur. *Poſtremò alia eſt materia proxima, alia remota, ut ex 9. Methaph. tex. 12. habetur: proxima eſt, ex qua immediatè, & ſine alia mutatione ſui poteſt fieri id, cuius dicitur materia; uelutì lignum, & æs ſunt materia proxima ſtatuæ;*

Deceptio authorum Apologię, vnde.

H *quoniam ex illis immediatè fieri poteſt ſtatua; terra uerò, & aqua, non ſunt*
" *materia proxima ſtatuæ, ſed remota, quoniam neceſſe eſt, priùs terram com-*
" *mutari in lignum, uel æs, quàm ut, ex ipſa confici poſſit ſtatua: quam-*
" *obrèm, cum quid dicitur eſſe in potentia tale, propriè id conuenit materiei proximæ, non remotæ; non enim dicimus, terram eſſe potentia, hominem, ſed ſemen, uel meſtrua, &c.* hęc ille, è cuius doctrina elicimus, doctum alioquin aduerſarium, toto cœlo aberraſſe, in decernenda ignis materia; ſiquidèm vbi hanc decernere debebat, ligna

Benedicti Pererii doctrina, de materia ꝓxima, & remota generabilium.

Ignis proxima materia. & error aduerſarii in ea aſſerenda.

per caliditatem, & ſiccitatem diſpoſita, & proinde accenſos carbones; ligna ſuppoſuit; vt frigida, & humida: quæ ſanè numquã, quis dixerit, eſſe in potentia ad ignis generationem niſi remota: ex falſitate ergo, ſuppoſitionis exempli, ignis geniti, ex frigidis, & humidis lignis; nil cauſæ eſt, ob quam, concludi poſſit, adipem nõ reportare facultates aliquas, ac vires, quæ inerant ſanguini, vel aliud quoduis mixtum eaſdem, quæ inerant, in ipſius materia. Cæterùm, quòd idem exemplum, ſit minus à ſimili, illud demonſtrat; quòd vbi nobis ſermo erat in paradoxo, de proxima adipis materia, nimirùm de ſanguine calido, acri, mordaci, & igneo, immediatè diſpoſito, ad generationem adipis; de materia omninò remota ignis, atq; carbonum, cœperunt aduerſarij habere diſcurſum: ex quo non mirum, ſi neq; ignis, neq; carbones, qualitates reportent, quę conſtabant in lignis. Nàm quemadmodùm, ſanguis ſi ſumatur, vt calidus, & humidus (ac qualis definitus abſolutè fuit ab ipſis) carnis potiùs, quæ calida, & humida eſt exiſtit materia: ſic ſi ſumatur, vt magis calidus, & minus humidus, dicatur igneus, cum alijs diſpoſitionibus neceſſarijs adipis extiterit ſubiectum; ex quo, abſq; vlla prorſus, facultatum, quæ reperiebantur in eo, mutatione, adeps producitur: Præterea, à ſimili non extat exemplum: quia nullam ſeruat ſimilitudinem, ignis, aut carbonum generatio, ex lignis viridibus, frigidis, & humidis, cum generatione, adipis ex ſanguine; ꝑpterea quòd, adipis generatio, eſt opus naturę, ignis vero, aut carbonum vtì diximus artis. ex quo fit, vt non ſolùm, nil aduerſùs noſtram ſententiam, de remanentia facultatum ipſius ſanguinis, in adipe; poſſit, per allatum exemplum, concludi: ſed quod magis eſt, eorundem concluſio de caliditate, & ſiccitate carbonum, omninò ſit falſa. Strictè enim loqui volentes, cum magni, interſit inter materiam carbonum, & ignis; hinc fit; cur nullo pacto carbones ſtatuendi ſint calidi, & ſicci; ſed eius potius facultatis, quã proxima adepta fuerit eorum materia: iuxtà cuius diuerſitatem, quoniam diuerſificatur, & forma, non mirum ſi carbones, frigidi potiùs exiſtant, quàm calidi; ignis verò ſuprèmè calidus. Et re vera, cum carbones, ſint ipſæmet extinctæ prunę, ac veluti homo mortuus; ignis verò, vtì viuus, aliam carbonũ, & aliam ignis, decernendam videtur eſſe materiam; iuxtà cuius diſpoſitionem calidus, & ſiccus ſit ignis, frigidi, & ſicci exiſtant carbones: quòd ſi calidi (ſaltèm actu) eſſent; eamdemq; reportarent naturam, à propria, ac determinata materia, vt ignis; certè haud ſcripſiſſet, Poeta Perſius.

Erroris aduerſarii cauſa.

Refellitur idẽ exemplum, vt non à ſimili.

Carbones nõ eſſe calidos, & quid propriè ſint.

Illa prius creta, mox hac carbone notaſti.

quià igitur carbo, vox videtur æquiuoca, ad carbonem accenſum, qui

E qui eſt ipſimet ignis; & ad carbonem mortuum, qui pruna exiſtit,
extincta: non animaduerterũt eruditi viri; carbonem propriè ſonare,
ignem extinctum, & proindè prunas minùs ignitas (quæ frigidæ ſunt, & ſiccę) ignem verò, ipſoſmet accẽſos, & ignitos carbones,
ſummoperè ſiccos, & calidos. Sed quænã erit ignis, & quæ carbonum
materia, à qua non niſi vnum poſſit prouenire? ignis .ſ. à
ſibi conuenti, & propria, atq; carbones ab eàdem, proprijs, ac determinatis
qualitatibus affecta? Ad hæc breuitati ſtudentes, quemadmodum ignis elementaris,
generatur ex prima materia, diſpoſita per caliditatem, & ſiccitatem, quæ duo accidentia in ipſo
igne poſtmodùm remanent: ſic ignis hic noſter (non elementaris,
quia non ſimplex, referens tamen naturam illius) ex lignis
F producitur, per caliditatem, & ſiccitatem diſpoſitis, ad eumq; caliditatis,
ac ſiccitatis, deductis, gradum; vt nullo modo ſtare ampliùs
poſſint, ſub forma ligni, ſed accenſorum carbonum. quos
ſanè proximam ignis eſſe materiam, cum vnuſquiſq; cognoſcat,
quid vetat in philoſophia aſſerere, calidum, & ſiccum eſſe ignem;
quià eius cauſa materialis, caliditate, atq; ſiccitate exiſtit affecta?
pari etiam pacto, cum extinctæ prunę, carbonum extent
materia, eaq; frigiditate, & ſiccitate affecta; vt quid aſſerunt aduerſarij.
*Materialis cauſa carbonum, ligna erant uiridia, ergo inferendum
eſſet per doctrinam tuam, carbones ſunt frigidi, & humidi, quod eſt
falſiſſimum: ſunt enim carbones calidi, & ſicci?* Error non peior hic
G exiſtit priori, ligna viridia ibi decernens eſſe materiam ignis;
hic verò carbonum. Sed properemus ad alia. Scribunt ijdem
docti viri. *Sumantur lapides, qui per fluuiorum alueos reperiuntur, qui
citrà controuerſiam ſunt frigidi temperamenti. Non nè ex hiſce lapidibus
generatur calx, quæ calida eſt?* Hoc altero ergo exemplo, volentes
oſtendere, adipem hircinum, nullo modo eſſe igneum (vti
eſt ſanguis) nec acrem, mordacemq; literis mandârunt; ex lapidibus
frigidi temperamenti, generari calcem, quæ eſt calida,
admittatur exemplum. Calor ille eſt, qui è lapidibus, formam
educit calcis; dicat nunc aduerſarius; àn quouſq; lapides ſub tẽperamento
ſtant frigido; an vero, quandò caliditatem ſunt a-
H depti? primum, nullo modo, quià vtì dicebamus de lignis, non
magis ſtatuæ, domus, aut ſepulcri, lapides tunc exiſtunt, materia,
quarè ſecundum: Sed ſic eſt, quod tunc lapides temperamenti,
ſunt calidi, quamobrèm calida quoq; calx, quià ab vno
in quantum vnum, non prouenit niſi vnum, à lapidibus ſcilicet,
per caliditatem, diſpoſitis, calx calida: A calido ſanguine, atq;
igneo (vndè mordacitas, & acrimonia procedit) igneus quoq;
adeps, acris, & mordax.

Ignis elementaris, & noſtri materia.

Materia carbonum ſunt prunæ extinctę.

Aſſert. 15.

Quandò lapides ſunt materia calcis.

Concl. aduerſa Apolog. Authoribus.

INNVITVR ſuperuacaneum eſſe in ſcientia demonſtratiua, exemplorum uſum; qui A
tamèn ſi condecens ſit, quales eorum eſſe debeant conditiones, inquiritur. Vbi plerq;
in præſenti reprobatis. Adipem calidum, & humidum eſſe, quia ex conſimili genitus
eſt ſanguine, confirmatur. *Cap. 11.*

EX Philoſophicis exemplis; diſſimilibus admodùm,
& nulli veritati conſonis, deuenientes tandem, eru-
Aſſertio 16. diti viri ad medica, hæc habent. *Sanguis noſter, non-*
Aſſert. 17. *ne calidus, & humidus eſt per te? hoc profectò non nega-* „
bis, niſi Hyppocrati adhereas: Nonne ex ſanguine nu- „
trimur, & augemur, neq; hoc quiſquàm inficiabitur; Sed cum ex ſan-
guine nutriantur, & augeantur omnia membra noſtri corporis, velutì oſ- B
ſa, nerui, cartilagines, tendones, panniculi, caro, adeps, & deniq; cæ-
Aſſert. 18. *tera ſimilaria membra; Qui fieri poteſt, ut hæc diuerſi ſint temperamen-*
ti; uidelicet, nonnulla frigida, & humida, ut cærebrum, nonnulla frigi-
da, & ſicca, ut oſſa; aliqua calida, & humida, ut caro: & ſic de reliquis;
Aſſert. 19. *Cum omnium iſtarum partium ſit una tantùm cauſa materialis, nempè ſan-*
Aſſert. 20. *guis calidus, & humidus? Inſuper adeps generatur ex ſanguine, qui qui-*
dem eſt humidus, & adeps eſt ſiccus, quomodò igitur ſubſiſtit in medicina
hæc tua noua doctrina? Cœterùm, quicquid de nouitate doctrinæ,
dicendum ſit; Videamus quantì exempla facienda ſint, in do-
ctrina (vt aiunt) demonſtratiua. Ad hæc. Lucidiſſimus The-
Ariſt. ſententia de exemplorum vi. miſtius primo de anima cap. 74. & Ariſt. ſecundo priorum, cum C
illorum admirati ſint prudentiam, qui arbitrabantur, exempla
vim probationum habere; in eam deueniendum ſententiam,
exemplorum copiam, atq; varietatem, minùs in ſcientijs ijs
conuenire, in quibus magnarum, ac plurimarum rerum propo-
nitur inueſtigatio: Siquidèm miſeram eſſe dicebat, maior il-
le Cato ſenectutem, quæ dumtaxàt ſeſe oratione defendit: cum
nil aliud, quàm pura oratio, omni probationum carens effica-
Exemplorum vſus quandò admittatur in ſcientiis. cia, exempla exiſtant. Quòd ſi pro Aduerſario facere videa-
tur Auerr. primo phyſic. com. 81. 3. de anima 14. & 4. phyſic.
8. decernens, quod licèt in ſcientia demonſtratiua non vſitentur D
exempla, in rebus tamèn, quę non intelliguntur, niſi per com-
parationem ad aliud poſſunt vſurpari; Quid obſecro difficulta-
tis, habuêre, quæ ingenioſiſſimis viris, fuêre in paradoxo pro-
poſita? Sed vtcumq; ſit. noſtrum eſt, ad ſingula aſſertionum
capitis, reſpondêre. Meminiſſe igitur oportet in primis quòd
exempla, ſi danda ſint, primò eſſe debent à ſimili; ſecundò fa-
bricata ex veris; tertio, omni carere debent æquiuocatione;
ac quartò, nulla in eis intendenda fallacia. Sit inquam, opor-
tet in primis exemplum à ſimili; quoniam ſi hac careat condi-
tione

E tione, illius ferè, fruſtratur; cognitione ſcilicet, alicuius particularis ignoti, per ſimile particulare notum: quæ conditio, quàm fuerit diligentèr obſeruata ab aduerſarijs, inde pateſcit, quod loquẽtes nos in paradoxo de generatione adipis ex ſanguine, aſſerentes ex eo tanquàm calido, igneo, atq; mordaci adipem generari in hirco calidum, igneum, atq; mordacem. De nutritione, & auctione cœperunt ijdem in eorum Apologia factitare diſcurſum. Ex veris neceſſarium eſt vt exiſtat exemplum, quoniam ſicuti ex veritate propoſitionum, veritas colligitur concluſionis, & ex falſitate, falſitas: ſic ex particularis exempli veritate, vel falſitate, particulare alterum cognoſcitur, verum, vel falſum: quę etiam conditio quomodò fuerit exculta à doctis viris, Exemplum idem omninò falſum, & cur.

F illud demonſtrat; quod literis commendarunt, ex ſanguine calido, & humido, nutriri, & augeri membra omnia noſtri corporis. & quòd magis eſt, ex eodem generari, vti inferiùs explodemus. AEquiuocatione, tàm nominum, quàm rerum carere debet exemplum, ne allatum, in gratiam cognitionis, vnius, (in quo verificatur exemplum) alterum, in quo non verificatur, cognoſcatur: an verò id obſeruatum fuerit ab aduerſarijs, ex carbonum generatione, ex frigidis, & humidis lignis, patfâcit exemplum; quid, in hoc ipſo conſtat in quo dixêrunt, ex ſanguine nutriri, & augeri, vniuerſas corporis partes. Fallacia tandèm, non eſt intendenda, in eodem; quia eius finis, cum ſit Exemplum idem quomodò æquiuocũ.

G nos manuducere, in cognitionem alicuius rei ignotæ, per fallaciam numquàm res ignota cognoſcitur: qualis autem fuerit in exemplo fallacia, impoſterùm proponemus: diſſimilitudo, falſitas, & æquiuocatio manifeſta, cum fuerit obſeruata in præcedenti; illius contemplationem repoñentes in medicarum prima exercitationum, ſectione, proponemus ad alia: alterum igitur exemplum, erat tale. *Adeps generatur ex ſanguine, quiquidem ſanguis eſt humidus, & adeps eſt ſiccus: quomodò ergo ſubſiſtit in medicina hæc tua noua doctrina?* Nouũ quidẽ exemplum atq; à ſimili, verùm ex falſis conſtructum; & doctrina noſtra non noua. Exemplum alterum à ſimili ſed ex falſis cõſtitutum.

H Nouum exiſtit exemplum, quia non ſolùm, apud rei medicæ profeſſores, ſed, & philoſophicæ; nouum eſt, adipem generari ex ſanguine, vti humido: ex falſis identidèm conſtat, quia falſum eſt, tum adipem generari ex ſanguine humido; tum ipſum adipem eſſe ſiccum: His accedit, & alterum, quòd non minorem ſapit falſitatem, ac contradictionem: eſt autèm, quòd ſi ex allatis in decima ſeptima aſſertione; Auth. Apologiæ oſſa, nerui, cartilagines, tendones panniculi, oſſa, caro, & ad ps, & cætera ſimilaria membra, nutriunt, augentur, & generantur, (cũ Contradictio in verbis aduerſarii.

(ex alibi, ab eiſdem dictis) ex ſanguine vtì calido, & humido, A
dicentibus ijs. *Sanguinem calidum, & humidum, eſſe cauſam materialem partium omnium noſtri corporis:* quî fieri poteſt, vt in præſenti ſectione, ijdem conſcribant, adipem generari dumtaxàt ex ſanguine humido? Quarè, à ſimili licèt extet exemplum; per ipſumq; poſſit, nos manuducere aduerſarius, in cognitionem accidentium, quæ conſiſtunt in adipe, non eſſe .ſ. illa, quæ inerant ſanguini: attamèn, quià nouum, & falſum, ex ſanguine, vtì humido tantùm, adipem generari; hinc fit, vt non admittat philoſophia, nec ſubſtineat medicina, ſiccum exiſtere adipem; quin immò, potiùs humidum, iuxtà naturam tamèn ſanguinis, ex quo, genitus eſt:

Medicina, & philoſophia non admittunt adipem eſſe ſiccum.

Cœterùm quòd calidus, & humidus exiſtat adeps, proxima, atq; B
determinata declarat materia (cuius munus eſt, vt ex ea immediatè, & ſine aliqua ſui mutatione fiat, id, cuius dicitur materia) & natura animantis, in quo reperitur, patefâcit: & quia medicam potiùs, quàm philoſophicam, hæc ſapere videntur exercitationem, dicamus cum Laurentio Iouberto, in Adnotationibus primi lib. Gal. de facul. natural. cap. 5. quòd, *Quia non alia carnis productio eſſe uidetur, quàm adipis; cum utrumq; fiat, ſanguine, per inanes capacitates fuſo, ac diſſeminato, illicq; dêſato (hoc tamèn diſcrimine, quod pinguior, calidiorq; ſit adipis materia, carnis uerò craſſior, & terrena magis)* calida, & humida eſt caro, magìs calidus, & magis humidus adeps: ea vel ſtante lege, qua ſancitum eſt, ab vna materia, vno, & eodem C
modo diſpoſita, non poſſe prouenire niſi vnum, hoc eſt, formam vnam emanâre, & accidentia propria, illam conſectantia. Quamobrem, minimè falſum erit in medicina, quod cauſa materialis, ſeruet qualitates ſuas, eaſdem, ſub diuerſis formis reperta. *Quoniam, ſi neminem latet, quòd qualitates quæ inſequuntur formam, corrumpuntur ad ſuæ formæ corruptionem, & introducuntur nouæ qualitates, inſequentes nouam introductam formam; quid quod dat formam, dat conſequentia ad formam.* Multò magìs, nullum latebit; quòd dator formarum, vel agens, dans formam adipi, cum ſit calor (& hic iuxtà menſuram operetur) calidum, & humidum, ex ſanguine, D
per proprias qualitates diſpoſito, producet adipem. *Neq; uerò aliud eſt caro* (dicebat ibidem Iouberttus) *quàm concretus ſanguis, uel potiùs denſatus, ui caloris: non enim conſentaneum rationi uidetur, quod ſcribit Fernelius in l.b 2. phyſiologiæ cap. 2. adipem, à carne hoc differre, quia caro ex conuerſo, mutatoq; ſanguine gignatur, adeps uerò ex concreto, ui frigoris: quippe frigidum in uiuentibus, nullius actionis eſt author, & tantum abeſt, ut adeò præſtantem edat, quantum eſt adipis generatio:* Hæc ille, qui tradens calori hoc generationis adipis in animantibus opus, & docens generationis modum, prædicanſq; opportunam

Adipis generatio ex Iouberto.

Contra 21 aſſertionem.

Aſſertio 20.

Iouberttus contra Fernelium.

E opportunam materiam; in hanc firmitèr deueniendum putamus ſententiam, calidum, & humidum exiſtere adipem: *Quandò ſan-*
,, *guinis portiones acreæ (* ex eodem Iouberto cap. 13. citati lib) *dulces,*
,, *ac pingues, dùm halitus modo errant, facilè penetratis inferioribus partibus,*
,, *supernè ad cutim ſiſtuntur, & in adipem concreſcunt.* Forma igitur, eaq́; complexionalis, atq́; accidentalis adipis (genericè nunc loquimur) in caliditate, & humiditate erit locata; & dans formam hanc, adipi: dedit, & conſequentia formam, acrimoniam ſcilicet, mordacitatem, atq́; igneitatem, & alia quęcumq́; accidentia illammet, inſectantia: quę ſanè de necesſitate, non noua ſunt omnia, ſed ea dumtaxàt, quæ formæ introducendæ erant contra-

Adipis materia ex Iouberto, quæ.

F ria; quam ipſam veritatem confirmans doctisſimus Zabarella, lib. de communi rerum natural: generatione, & interitu, cap. 10. ſcriptis mandauit. *Quòd quandò accidens abſq; ſua cauſa exiſtere po-*
,, *teſt, & formæ generandæ non repugnat, tum, ut abſolutè conſideratæ,*
,, *tum ut relatæ ad formam præcedentem, quæ interijt, poteſt idem numero accidens, in re genita remanere, quod fuit etiam in re corrupta.* Huiuſmodi autèm accidentia, cum ſint præfata, facillimo, vel negocio, in medicina, philoſophia, ac logica, noſtra conſiſtit doctrina, decernens, hircinum adipem calidum, humidum, igneum, acrem, atq́; mordacem exiſtere.

Accidentia in adipe nō omnia eſſe noua, ſed aliqua tātum, & quæ.

Zabarellę ſententia aduerſa aſſertioni aduerſariorum.

G *EX penſitatione, exempli generationis carnis, ab ipſo ſanguine, decernitur quòd ueluti accidentia multa, quæ reperiebantur in ſanguine, conſiſtunt in carne, ſic, & in adipe: obiectiones nonnullæ, ab Apologiæ authoribus propoſitæ diſcutiuntur, & ſolutiones, reijciuntur.* *Cap. III.*

ET Si fortè, ex accidenti aliquandò uideantur eſſe eædem qualitates, etiam ſub noua forma introducta, ſicuti priùs erant ſub priori forma, antequàm corrumperetur; ut quandò, ex ſanguine fit caro, quia materia illa, donec erat ſub forma ſanguinis erat calida, & humida, & etiam quandò poſtea reperi-

Aſſertio 23.

H *tur ſub forma carnis, paritèr eſt calida, & humida; Caue ne decipiaris, dicens illas eſſe eaſdem numero. ſed ſolum ſpecie, & hoc eſt per accidens, quià accidit, ut à forma carnis conſequatur hoc temperamentum calidum, & humidum.* In aſſertione 24. dixerunt Apologiæ Authores: qui, uidētes ſibi negotium faceſſere, remanentiam qualitatum ferè omnium ſanguinis, in ipſa carne: & ſic in alijs mixtis, genitis, ex aliorum corruptione; duo animaduerſione, & commentatione digna duxērunt; primum, quòd per accidens eſt, vt qualitates, ſiuè accidentia, quæ reperiuntur ſub priori aliqua forma, in materia collocata, videantur ſub altera noua forma, in eândem, introducta:

Aſſertio 24.

Scopus duplex dictorum aſſertionum.

ſecundum,

ſecundum, quòd qualitates, quę reperiuntur in de nouo genito, A
eædem ſunt ſpecię, cum ijs, quæ conſtabant in corrupto (& hæc
quoq; per accidens) non autem numero, vt ex ſancitis decre-
uimus. At nùm animaduerſio, & commentatiò iſthæc philoſo-
phicę veritati ſit conſona, cum pateſcat ex dictis, obitèr, exem-
pli naturam inquiramus. Exemplum ergo, in rei veritate, eſt à
ſimili; ſiquidèm per ipſum, tanquàm notum, demonſtratur, i-
gnotum; adipem ſcilicet, retinere qualitates, & accidentia mul-
ta, quę viſuntur in ſanguine; ad inſtar carnis, ex eodem produ-
ctę: & exemplum tale eſt: Quemadmodùm caro, calida eſt, &
humida, quia ex calido, & humido genita eſt ſanguine, ſic, &
adeps: vel ſicuti qualitates, & accidentia, quæ conſtabant in ſan-
guine, viſuntur in carne; ſic, & quæ in eodem, pateſcunt in adi- B
pe: ratio autem eſt, quia dans vtriq; formam, dat conſequen-
tia ad formam: propoſitio ſanè peripatetica, at minùs peripate-
ticè intellecta: quia, vbi illius vigore, rati ſunt Apologiæ Au-
thores; datorem formarum, ſiue agentem, in productione adi-
pis, ex ſanguine, vel carnis ex eodem, corrumpere omnia acci-
dentia, ac qualitates, quæ inerant ſanguini, & noua omnia intro-
ducere: idem agens ea dumtaxàt corrumpit, quæ introducendæ
formæ adipis, vel carnis extant contraria, non autèm, quę con-
ducunt, vel introductam inſequuntur: quamobrèm quià intro-
ducendæ formæ in carne, conferunt caliditas, & humiditas, ru-
bedo, dulcedoq; &c. quæ ęquè formam conſequuntur ſanguinis, C
ac carnis; hinc fit, vt calida, humida, rubea, & dulcis, vtì ſanguis,
exiſtat caro. Cœterum an ex accidenti ſit, vt caro reportet acci-
dentia quæ ſunt in ſanguine, Auicennas prima, primi doc. 5. cap.
1. βραχιλογίᾳ decernit. inquit enim. *Caro quidem, ex ſanguine* "
generatur ſpiſſo, quem caliditas, & ſiccitas coagulant. Adeps verò, ex eius "
aquoſitate, & unctuoſitate generatur, quam frigiditas congulat, ideoq; ip- "
ſam caliditas reſoluit. Eccè, quomodò abſq; vlla ferè accidentium
mutatione, quæ ſanguini diſpoſito, ad generationem carnis, &
adipis, inerant, tum caro producitur, tum adeps. quarè non per
accidens videtur dicendum, calidam, & humidam eſſe carnem, D
ſed per ſe, & ex diſpoſitione materiei, paratæ ad ſuſcipiendam
formam carnis, & accidentia hanc inſectantia. His accedit, &
alterum, quòd decernens Auic. doctrina 4. citati loci cap. primo
quòd, *Si ſolus ſanguis eſſet humor, qui membra nutrit, omnia ſuis com-*
plexionibus, & eſſentijs ſimilia forent: ex ſolo ſanguine, carnis cum
fiat nutritio (ſolo inquam, quatenus, præter alias qualitates,
quæ reperiuntur in eo, ob miſcelam aliorum humorum, non e-
nim purus, & ſimplex eſt ſanguis caliditas, & humiditas prę̄ſer-
tim

Exemplū omninò à ſimili.

Propoſitio peripatetica.

Auicennæ pulchra ſententia contra aſſeit. 24.

E tìm excedunt in illo) ex neceſsitate, non ſolùm generationis,ſed & nutritionis, caro reportat accidentia penè omnia, quæ conſi- „ ſtunt in ſanguine. *Omnis enim complexio membri naturalis, dicebat* „ *doc. 3. cap. 2. ſimilis eſt ei, quo nutritur, & ſecundum ſuam accidentalem* „ *complexionem ſimilatur ei, quod in ipſo ſuperfluit)* vt propterea caliditas,& humiditas,cum ſuperfluat in ſanguine, vtraq; etiam ſuperfluat in carne,& adipe. Ex ſimilitudine ergo, generationis, atq; nutritionis, per exemplum,allatum, carnis ab ipſo ſanguine firmiſsimè concludendum; quòd velutì caro reportat temperamentum ſanguinis, ſic, & adeps, eiuſdem: cur verò ſit,quòd alia ſimilaria membra,illud non reportent, vt paucis in præſenti defi- F niamus; ſtatuimus,quià non ſolùm non generantur, ex ſanguine, vt calido,& humido, ſed nec nutriuntur, quemadmodùm in prima medicatũ exercitat. ſect: cũ,de gener.& nutrit. partiũ corporis differem* pateſcet. Nũc,an eadẽ numero ſit caliditas,& humiditas,&c. quæ reperitur in ſanguine,ac in carne,& adipe,eſſet definiendum; quia tamèn; ex dictis colligitur, non eſſe contrà omnem philoſophiam, idem numero accidens remanêre in de nouo genito, quod fuerat in corrupto; admiſſa exempli ſimilitudine, & confirmata veritate (ſola enim caro, & adeps inter ſimilaria omnia membra, generantur, ex ſanguine) de diuerſitate rempe- ramentorum, quæ viſuntur in alijs differendum eſſet; Verum- G enimuerò,quoniam medicam potiùs, quàm philoſophicam hæc ſapiunt exercitationem hanc in præſenti ſequamur. Nè igitur condonetur nobis hoc inconueniens, quin immò impoſsibile, quòd ſcilicet qualitates, quę reperiebantur ſub priori forma, remaneant eędem numero ſub noua forma; diſcutiamus obiectiones, atq; ſolutiones perpendamus, quæ contra hanc remanentiam accidentium, in de nouo genito, eorum quæ fuerant in corrupto, viſuntur. Ad hæc, Medico quodam exemplo, tentantes aduerſarij, noſtram, de facultatibus ſanguinis, quę viſuntur in adipe, deuaſtare ſenrentiam: obiectionem proponentes, ac diſſoluentes dixêrunt. *Si quis comedat lactucas, aut cucurbitas, uel* H *id genus aliorum cibariorum frigidorum, iiſq; utatur per plures dies, uniuerſa ſanguinis maſſa redditur frigidior, & habitus totius corporis refri-* „ *geratur, & tamèn forma lactucæ, uel cucurbitæ, corrumpitur, ad ſangui-* „ *nis generationem; & nihilominùs qualitas illa frigida remanet etiam, ſub* „ *forma ſanguinis, & totius corporis habitu: hæcq; exiſtit obiectio. Solutio* „ *autem talis. Verum quidèm eſt, ex uſu lactucæ, aut cucurbitæ, uel aliorum frigidorum eduliorum, corpus noſtrum refrigerari: Sed talis refrigeratio imprimitur in nobis, antequã generetur forma ſubſtantialis alicuius noſtrarũ partium: uidelicet antequàm fiat ultimum inſtans aſſimilationis nutrimenti* in

Quod caro reportet qualitates ſanguinis ex neceſſitate.

Cur omnia membra corporis nõ reportent temperamentum ſanguinis.

Sola caro, & adeps generatur ex ſanguine.

Verba aſſertionis 26.

Verba aſſertionis 30.

Aſſertio 35.

Aſſert. 32.

in ſubſtantiam nutriti, hoc eſt dum ſit mixtio, dùm fiunt praniæ illæ diſpoſitiones, actiones, & reactiones, & alterationes; quiâ, ut dixi, miſcibilis non corrumpuntur, ſed alterantur, & in tali actione, neceſſum eſt noſtrum corpus alterari, ſecundum prædominantis qualitatis uirtutem: & qualitates, quæ reperiuntur poſtea in aliquo noſtrorum membrorum, uel in totius habitu, ſunt de nouo genitæ, ex natura ſuæ formæ, de nouo introductæ; nec ullo modo poſſunt eſſe eædem numero cum prioribus. Hæc ille, qui malum, ad inſtar turdi ſibi cacans, ab eodem poſtea depræhenditur. Sed ad rem, exemplum generationis ſanguinis, ab alimentorum vſu, eſt ſimile, exiſtitq; verum. ſimile quidem, quiâ loquentes nos de generatione adipis ex ſanguine; loquitur Apologię Author, de ſanguinis generatione, ex alimentis. eſt autèm verum, quiâ alimentorum vires, in ſanguine imprimuntur; itâ vt, veriſsimum etiam ſit, ſanguinis facultates, ac vires in ipſo adipe, eaſdem etiam numero, remanêre: Sed enim, quiâ hac ipſa de re, fuſiori oratione diſſeremus impoſterum; deueniamus ad ſolutionem, & quamquam medica ſit, philoſophię præceptis accomodemus.

Exemplum præſentis aſſertionis ſimile exiſtit, & verum.

Solutio allata ab aduerſariis omninò falſa.

Solutio ergo omninò falſa; quandoquidèm nullus vnquàm, qui medicinæ vix attigerit libros, decernet, ſubſtantialem, alicuius noſtrarum partium, formam, ab vſu lactucæ cucurbitæ, vel aliorum eduliorum pendêre; ac qualitates (vt aſſentiamus in verbis) quæ viſuntur in eiſdem eſſe de nouo genitas, ex natura ſuę formæ, de nouo introductæ: quaſi noua in dies magìs in partibus noſtri corporis, ex alimentis introducatur forma, ad huiuſq; introductionem, nouę etiam qualitates. Sed valeat philoſophia eſthæc, eiuſq; quis fuerit Author. Secunda obiectio erat talis. *Quandò in febribus biliosis utimur nos ſyruppis ipſis refrigerantibus, ad calorem febrilem contemperandum, refrigerandumq; niſi remaneret qualitas illa frigida, in corpore noſtro, poſt corruptam ſyrupporum formam: fruſtra hæc ſerapia, exhiberentur. Solutio uerò huiuſmodi. Idem dicendum eſt ad ſecundum obiectum, de ſyruppis refrigerantibus, quid donec eiuſmdi ſerapia alterantur, & rediguntur ad minima, à calore noſtro, tunc imprimunt ſuas qualitates in nobis, & non poſt ipſorum ſyrupporum formam corruptam:*

Aſſertio 36.

Obiectio non à ſimili.

Obiectio quidèm, non prorſùs à ſimili (hìc enim ſita eſſe debet vis exemplorum demonſtratiua) ſed ſolutio Medici indigna: Obiectio non à ſimili, quiâ loquentes nos de remanentia (vt ita dicamus) qualitatum, ac accidentium quorundam, ſanguinis in ipſo adipe; de remanentia qualitatum in corpore, ipſorum medicamentorum, ac ſyrupporum (cuius munus eſt, ad diffcientiā alimentorum in idē agere) per obiectionem de ſyruppis, & medicamentis cœperunt illi, aduerſùs noſtra placita, habere diſcurſum. Medici verò videt indigna,

tùm

E tùm quia non idem dicendum eſt,ad obiectum de ſyrup. refrigerantibus in feb. bilioſis) aliud enim eſt medicamentum, & aliud alimentum,hoc quidem patitur,illud verò agit)tum quià alteratio,quę à ſyruppis dependet,fit in nobis,poſt ipſorum corruptam formam; poſt actuationem dicimus nos medici; ità vt niſi ſyruppi,vel alia medicamenta redigantur ad actuationem, quę fit per actionem caloris natiui,corrumpentis formam medicamenti,aut ſyruppi:nullo pacto alteratio,vel actio imprimatur in nobis: ſed, quod magis indignum,tàm philoſopho,quàm medico videt; eſt, ſub vna, eademq; oratione aſſerere: Serapia redigi ad minima à calore noſtro,& eorundem non corrumpi formam: contradictio F hæc manifeſta; verùm condonetur,& ſibi. Obiectio altera,erat; *Ad quid prohiberemus nos in febribus bilioſis,cibaria calefacientia,& exiccantia,ſi poſt ipſorum cibariorum corruptam formam non remanerent eadẽ qualitates, calefacientes noſtrum corpus, & exiccantes? fruſtra etiam nos docuiſſet Hyppoc. victum humidum,febricitantibus omnibus conuenire: quoniam quæ aſſumuntur in cibum, dùm generatur chilus corrumpuntur,& ſic perit talis qualitas humida. Et rurſùs quandò corrumpitur forma chili, pro ſanguinis generatione,pereũt qualitates chili; ergo nihil intererit ſi nos uteremur pro nutritione febricitantium, cibis,uel humidis, uel ſiccis, uel calidis, uel frigidis, &c.* ſolutio ſimillima eſt priori,prioris exempli; id ſolùm nouitatis habet,quòd membra inquit quæ receperunt formã G ſubſtantialem,ſaltèm ex cibo,& potu,non eſt neceſſum,vt habeat temperamentum humidum, vt de membris ſicci coſtat temperamenti, quaſi hæc augeantur ex victu humido: & formam ſubſtantialem ex eodem reportent, verùm quia longioris hęc eſſe videntur diſcuſſionis; de ſingulis in ſequenti.

Solutio indigna Philoſ.

Contradictio in dictis aduerſarii.

Aſſertio 38.

Ridicula reſpõſio ad obiectionem.

EX ſolutione, allata ab Apolog. Authoribus,ad obiectionem de uictu humido, humectante humanum corpus; tum plura colliguntur abſurda; tum quomodò, ab alimentorum virib',ſubſtantialis,accidentaliſq; eiuſdem partium forma,alteretur,innoteſcit. Cap.IV.

H INVITA, poſtquàm cogimur Minerua, medica philoſophicis commiſcere; haud ab re ſit, in gratiam formæ ſubſtantialis, atq; accidentalis, ſiue complexionalis,partium corporis noſtri, allatam ſolutionẽ, ad obiectionem, de victu humido, in febricitantibus bilioſis, perpendere. Videntes ergo Apologiæ Authores, calefacientia,& exiccantia cibaria, poſt eorum corruptam formam, imprimere in nobis ſuas actiones, meritò dixerunt, Hyppocratẽ perſcripſiſſe victum humidum: & quia etiam hic ſuas imprimit vires; ſic obiectionem, ab eis commotã, dirimere tentauerunt.

Victus

Aſſertio 38. *Victus humidus humectat quàm diu alteratur à noſtro calore, & diffunditur per uniuerſum talis humiditas, & non poſt formam ſubſtantialem introductam in nobis, ex cibo, & potu: Quoniam membra, quæ receperunt* A

Aſſertio 39. *formam, ſaltèm per augumentum, ex cibo, & potu, non eſt neceſſum, ut habeant temperamentum humidum, ut cuilibet etiam rudi in arte medica, conſtat de membris ſicci temperamenti. Ideo qualitas, quæ reperitur in materia, ſub noua forma priori exiſtente, non eſt neceſſum ut remaneat, ſub*

Aſſertio 40. *noua forma. Et idem dici poteſt de chilo, & ſanguine, quia quandò quæ aſſumuntur in cibis permanent in nobis, ſub forma liquida, uel humorali, ſemper debent appellari miſcibilia, & chilus, & deniq; ſanguis; qui ex eis generatur, dicitur mixtum, & non habet, re uera aliam communem for-*

Aſſertio 41. *mam, quàm complexionalem. Seruatis tamèn formis ſubſtantialibus uniuſcuiuſq; miſcibilium, non corruptis; ſed tantumodò refractis: Sed quandò poſtea generatur forma ſubſtantialis ultimata, tunc talis materia, tandem ſub forma ſubſtantiali reperta, habet ſuas qualitates, dependentes, à tali forma ſubſtantiali, de nouo acquiſita, & non à priori forma, iam corrupta.* Hucvſq; gloſando, & commentando obiectionem vltimam, proceſſere aduerſarij: qui reuocantes nos, è cauſa materiali, mixtorum naturalium, ad formę contemplationem; huic tanquam philoſophicæ, inſiſtendum. Omittentes igitur, nunc, quamnam habeant alimenta, facultatem, noſtrum corpus alterandi (nàm obitèr veritatem proponemus) quî fieri poteſt, vt B

Refelluntur omnes commentationes obiectionum, & abſurda earum demonſtrantur. viri in medicina verſati, decernant in eorum ſcriptis, ſubſtantialem partium corporis formam, introductam eſſe in nobis ex cibo, & potu: Membra, formam recipere ſubſtantialem, per augumentum ex cibo, & potu: Quæ permanent in nobis ſub forma liquida, & humorali, dici miſcibilia; Sanguinem (qui verè eſt, mixtum) non habere aliam communem formam, præter complexionalem: Formas ſubſtantiales miſcibilium refrangi. ſimiliaq; tum in philoſophia, tum medicina abſurda? Sed ſingula perpendamus. quod itaq; ſpectat ad primum. Gal. 8. de Placitis Hypp. & Platon. ſcribens noſtro idiomate. *Ex elementis itaq; mutuo inter ſe, atq; ſæpius mutatis, tum Plato, tum Hypp. aiunt, noſtra corpora conflari: etenim ex quatuor elementis, & ſtirpium generatio eſt, & ex ipſis tum fructus, tum ſemina. Alimenta uerò hæc omnia ouibus, ſuibus, capris, bubus, alijſq; animantibus, quæ herbas, aut arborum fructus, aut ſurculos, aut radices comedunt: hominibus hæc eadem* C D

Galeni ſententia de origine partium humani corporis. *animalia alim nto ſunt, atq; hinc ipſis generatur, ſanguis, pituita, & bilis utraq; quorum humorum facultates, in ſem ne paterno, maternoq; ac ſanguine, humanæ generationis materiali principio deliteſcunt.* hæc inquam conſcribens Gal. imaginari non poſſum, quomodò defendi poſſit Philoſophus aduerſarius, decernens, ſubſtantialem formam partium

E partium corporis, introductam eſſe in nobis, ex cibo, & potu; Verùm hac eâdem de re, in prima medicarum exercitat. ſectione diſſeretur. Quò ad ſecundum abſurdum. Fieri augumentationem in nobis, ex cibo, & potu, non immediatè, ſed mediatè, (vti ſuppoſuit atq; ille) certè inficias non eundum. *Quandò ex lacte nos primum nutriri, à ſanguine, qui eſt in uenis generationem ducente; deinde ſolidioribus alimentis, undè rurſus, ſanguis, pituita, bilis flaua, & atra proueniunt*, ibidē animaduertit Gal. at membra recipere formam ſubſtantialem per augumentationem, ex cibo, & potu; neq; Gal. neq; Ariſt. nos docuit. quomodò autem fiat, pateſcet impoſterum. Quarè pergentes ad alia, non minorem habet difficultatem aſſertio illa, in qua ſcriptum eſt, quòd, *quæ permanent in nobis, ſub forma liquida, & humorali, dicuntur miſcibilia, ſanguis uerò mixtum*. Propter eaquòd, & ſanguis ſub forma ſtat liquida, & humorali (qua ratione, miſcibile etiam, non mixtum poſſet nuncupari) vndè, eſſe miſcibile, & eſſe mixtum, non ſtat in forma humorali, vel liquida: ſed in vnione, in fieri, vel in facto eſſe, rerum miſcibilium: ita vt, cum facta eſt vnio, factum dicitur mixtum, cum verò eſt in fieri, dicitur miſcibile, vel in potentia mixtum: cuius perfectam naturam, cum induat ſanguis (non chilus, qui potiùs miſcibilitaris ſapit odorem) habet pręter communem formam, ſiue complexionem, formam ſubſtantialem:

Materia nutritionis, & auctionis partiũ corporis ex Gal quæ.

Eſſentia mixti & miſcibilis vbi ſit collocata.

G In reliquis, quamquàm forma ſubſtantialis vltimata, habeat alias qualitates, dependentes à tali forma, non ab alimentis. V. G. chilo, vel ſanguine; attamèn mirumimodùm vtraq; ab alimentorum vſu alteratur, ac labefactatur, & licèt eaſdem non habeat numero, fieri tamèn poteſt, vt poſſideat, ſpecie: & ecce, ad exemplum, vt deſcendamus, & nos. Fertur ægregiam, atq; pulcherrimam puellam, ab Indorum Regina, ad Magnum Alexandrum (Ariſtotelis tempeſtate) fuiſſe traſmiſſam; quò ſcilicet, vt Regina in optatis habebat, vitę diſcrimen, Alexandro indè impenderet. Puella etenim illa, cum ſolo ſpiritu, homines inficeret, oſculoq; necaret; ſuaſum Reginæ erat, facili vel negocio, Alexandrum occumbere, quotieſcumq; puellam deoſcularetur: Enutrita namq; venenis, atq; ſerpentibus, quibus perindè alebatur, ac conſuetis alimentis quicumq; eius natura in ſerpentes abierat; ita vt coitu, morſu, vel oſculo, ſolos homines interficeret. Quòd ſanè magno contigiſſet Alexandro, niſi, à maiori Ariſtotele, puellę faciem, oculoſq; contemplante, fuiſſet admonitus: quandoquidèm, ex facta in militibus, qui pœna aliqua erant plectendi, periclitatione; id èveſtigio contigit. Quòd ſi cauſam, ſciſcitari velit à nobis Aduerſarius; non aliam habemus in

Aſſertio 41.

Pulchrum exemplum à ſimili de puella inficiente, per habitum.

H

Ariſt. maior Alexandro.

Venenatorum alimentorum vi, communicat ſpirit b. humoribus, & ſolidis.

in promptu, niſi venenatorum alimentorum vires quę fuêre com- A
municatæ, non ſolùm ſpiritibus, humoribus, atq; ſolidis, ſed ſubſtantiali, accidentaliq; eorundem formæ. Et re vera, noſtram liberè, vt proferamus, in præſenti, ſententiam. Quoniam naturalis temperies, & totius, & partium, cenſet in cauſa, actionum omnium noſtri corporis, cum omnis immodica intemperies (Gal. authore) deijciat actum propriæ virtutis: immodica hęc in toto, vel parte intemperies, non aliunde ſuum trahit originem, niſi ab importuno alimentorum, necnon medicamẽtorum vſu, cuiuſmodi cucurbitarum lactucæ, & conſimilium eduliorum: ex quorum conditione, vitiata priori, quæ fit in ventriculo coctione, hinc ſecunda, ac tertia firmisſimè in medicina, decerni poſſe exiſtimamus, alimentorum qualitates, ac vires trasfundi, in ſanguine, in B
humoribus, in ſolidis, & in ſpiritibus: & ſtantes in ſubiecta materia (ità nos Deus amet) ab alimentis pendêre, receſſum quemcumq; à naturali ſtatu, in intemperie partium corporis; Miſerrima illius anni nonageſimi primi, declarat conſtitutio: in ea etenim, enutriti homines, pesſimis alimẽtorum generibus, vel quià terra non ſubminiſtrauit, vel quià mare non dabat; vel (quod veriſimilius eſt) quià habentium omnium aberat compasſio. in pesſima etiam morborum inciderunt genera; ac quicumq; ſalui fiebant, per ſcabiem, pſoram, aut elephanſiaſim euadebant: ita vt, purificata vniuerſa ſanguinea maſſa, optima victus ratione, in priſtinum ſanitatis gradum reſtituerentur: atq; in hæc, poſtquam prolapſa fuit oratio, haud ambigendum, alimentorum vim facere, nè C
dum ad corporis tutandam ſalutem, vel ægritudinem inferendã, Sed ad morum compoſitionem, ad doctrinam, ad cultum, ad relligionem, quemadmodùm ſuo loco, non iniocunda diſcurſione pateſcet. Concludamus nunc, in gratiam alterius aſſertionis.

Anni nonageſimi primi cõſtitutio, eiuſq; morbi.

aſſert. 42. & ei⁹ confut.

Quòd ſi nerui, cartilagines, tendones, oſſa, & id genus, ex ſanguine generarentur, vt calido, & humido, nutrirentur item, & augerentur: quæ partes frigidæ ſunt; ſanguinis reportarent temperiẽ; calidę .ſ. omnes eſſent, & humidę; verùm quià generatio, nutritio, & auctio aliunde dependet, idq; frigiditate, & ſiccitate ſcatet, frigidæ, & ſiccæ exiſtunt eædem, ſed de his infra. Victum humidum, D
febricitantibus omnibus (non bilioſis tantùm) conuenire, nos docuit Hypp. & Gal. comment. illius aphoriſ. 16. primæ partic. afferens rationem inquit: Hyppoc. inſtitutum, exiſtere. *Tradere indicationes victus ſalubris, in ijs quæ ſunt præter naturam contrarias, in ijs verò; quæ ſecundum naturam habent, ſimiles.* Si ergo huiuſmodi antiquisſimi ſenis extat intentio; ex eo quià (per eundem) contraria, contrarijs curantur, & ſimilia ſimilibus conſeruantur; quî fieri

Alterius aſſer. reſponſio.

Hyppoc conſilium ex Gal in Aphoriſ 16. 1. ſectionis.

ri

E ri poteſt, vt ex contraria victus ratione, in febricitantibus omnibus, & proindè humida, huius vires, in ſpiritibus, humoribus, ac ſolidis, non communicentur? Si igitur communicantur, an poſt corruptam alimentorum formam, ac quandò nutritio facta eſt; an verò, quouſq; extat in fieri? Ad hæc, breuibus rem dirimentes, cum præfata humani corporis principia, ſpiritus, humores, ac ſolida, conſeruentur in eorum natura, per ſimilia, & per reſtaurationem eius, quod euacuatum, aut deperditum eſt: huiuſmodi autem reſtauratio fiat, poſt factam nutritionem (quæ aſſimilatio eſt nutrimenti in ſubſtantiam nutriti) certè diſſimilatio, vt ita dicamus, vel remotio eorundem à præternaturali ſtatu ad naturalem; fiet poſt corruptam alimentorum formam, ac poſtquam facta erit nutritio; & ob id poſtquam factum eſt vltimum inſtans aſſimilationis nutrimenti, in ſubſtantiam nutriti; verùm de hac ipſa de re, aliàs. Nutritio quid. Cõfutatio aſſert. 32. F

EX quibuſdam alijs, ad eandem obiectionem, de uictu humectãte, ac alimentorum uſu, alterante humanum corpus, ſolutionibus; exemploq; de Theriaca; conſiderata, tum in fieri, tum in facto eſſe, & alia demonſtrantur abſurda, & ueritas in aliorum mixtorum generatione offertur. Cap. V.

G QVAMQVAM ſcriptores, qui pauca cognoſcentes, in omnibus eorum ſcriptis, eadem ſemper repetunt, imitandi non ſint; quùm Gal. auth. 8. de ingenijs ſanitatis cap. 3. Eadem ſemper tractare, non ſit multùm docere, ſed multas cartas cõſumere, cum poſſent paucas. (Vnde D. Auguſtinus dicebat, nil miſerius eſſe, quàm eiſdem ſemper vti inuentis.) Nos tamen, quibus veritatem in ſingulis inquirere, propoſitum eſt, haud à præſenti inſtituto, duximus alienum ad exemplum alterum de Theriaca tùm in fieri, tùm in facto eſſe, orationem conuertere: Videntes igit Apologiæ Authores, alimentorum, tàm frigidorum vſum, in febribus bilioſis, quàm humidorum, in febricitantibus omnibus, non leues habere facultates, ac vires, in alterandis corporibus: Vbi in aſſertione 33. 34. & 35. & infrà; eadem, quæ in ſuperiori capite adnotauimus, de generatione partium corporis, ab alimentis, aſſignârunt, abſurda, diſtinctionem adhibentes, de generatione, & mixtione in fieri, atq; in facto eſſe; aſſerentes, *Miſcibilia in fieri agere, per proprias miſcibilium formas, In facto verò eſſe, hæc adeo refracta exiſtere, vt deuenerint ad unam formam communem; quia complexio nuncupatur, Non corruptis tamen miſcibilium formis; ſed refractis; &c.* In utraq; mixtione (aiunt) ſit ſatis nobis pro exemplo Theriaces. Hæc dum eſt

Nil miſerius quàm eiſdem ſemper vti inuentis.

H Aſſer. 44. 45 46.

Aſſer 47.

in fieri; agit per particulares, miſcibilium formas, & qualitates, & quia in- A
greditur opium in magna doſi; ob ſummam refrigerationis uim, ſoporifera
Aſſer. 48. *eſt: Quandò uerò facta eſt, & fermentata, tunc agit per formam complexio-*
nalem, & frigidis qualitatibus refractis, ob ingredientium calidorum uicto-
riam, non amplius frigida, & ſoporifera eſt: ſed calefacit. At quoniam iſta
Aſſer. 49. *forma in Theriaca eſt accidentalis, non ſubſtātialis, ſequitur quod formæ ſub-*
ſtantiales miſcibilium non ſunt corruptæ: Sed ſolumodò adeò remiſſæ, &
refractæ, ut per eas non poſſit agere totum mixtum; & propterea agit ſecun-
dùm prædominium uincentis qualitatis in miſcibilibus. Et hinc reſultat in
Aſſer. 50. *ipſa complexione, quædam alia forma, uel conditio, uel proprietas, uel uirtus,*
quæ cæleſtis cauſa poteſt nuncupari, occulta, uel abdita, ſpecifica, uel innò-
minabilis, per quam auxiliatur uenenis, tùm calidis, tùm frigidis. A ſimili B
Aſſer. 51. *modò dicendum, de forma uerè ſubſtantiali, uel ditas de generatione ſubſtan-*
tiali, quoniam, quandò eſt in fieri, fit actio, & reactio in materia, & ſecundùm
Aſſer 52. *prædominium agentis, qualitates agunt in noſtrum corpus: Quandò uerò eſt*
in facto eſſe, talis materia habet ſuas qualitates, dependentes à forma noua
ſubſtantiali, de nouo acquiſita. Atq; hæc, per exemplum de Theria-
ca, aduerſus noſtram ſententiam, de remanentia qualitatum, ac
accidentium, quæ, ex corrupto, in de nouo viſuntur genito, attulē-
re in medium. Cœterùm quanti facienda ſint, hinc depromatur.
Exemplum de Theriaca refellitur à Gal. Gal. 1. de temperamentis cap. 9. docens, mixtionem, non eſſe opus
artis, ſed Dei, atq; naturę, aſſerenſq; *Quòd licet nos multa miſceamus,*
quæ corpus unum ſimilare uideantur conflare, uelutì prædicta magna anthi- C
dotus, appellata Theriaca: cōſimiliaq; medicamenta, neq; ex his nec in his ue-
ra conſurgit mixtio, ſed ſingulorum ad ſingula, quædam appoſitio; quò fit, ut
uerius compoſitio nominanda ſit, quàm mixtio. Equidem quid ſimilitu-
dinis intercedat, inter mixtionem, & multò magis generationem
ſubſtantialem, in fieri, & in facto eſſe, conſideratā; ac ipſā, vtroq;
modo acceptam Theriacam, non ſatis calleo: ità vt, cum exēplum
nullam ſeruet ſimilitudinem; nullam etiam habeat vim, demon-
ſtrandi, generationem ſubſtantialem, vel formā ſubſtantialē, acci-
dentalemq; retinêre non poſſe, aliquas facultates, & vires, earum,
quæ inerant, in vtriuſq; generationis, anteriori ſubiecto. Quan- D
Theriaca vnde habcat ſuas vires. doquidèm vbi Theriaca reportat ſuam cōplexionem, ſiue formā,
accidentalem, ſubſtantialemq; ab ipſis ſimplicibus, humani cor-
poris partes, vtramq; adipiſcuntur, non ab alimētorum calidorū,
frigidorum, humidorum, aut ſiccorū, vſu, ſed paterno, maternoq;
ſemine, ac ſanguine meſtruo: Exemplum ergo, omninò vanum; vt
tamen ſit, reprobato in generatione ſubſtātiali partium corporis;
eiuſdem veritatē ſpectemus in gratiā aliorū mixtorū. Ad hæc, tā-
tùm eſt, vt per illud, poſſit demonſtrare aduerſarius, miſcibilium
qualitates, ac vires, non remanêre in mixto, formamq; accidenta-
lem,

E lem, ſeu temperiem, aliam eſſe, ac quę in miſcibilibus dominabat; vt oppoſitum potiùs faciliimo, vel negocio, per idē poſſit oſtēdi. Ex eo etenim, quià miſtio eſt miſcibilium alteratorum vnio, non ſolùm, quò ad accidentia, ſed quò ad ſubſtantias eorundē, vtì ſuperiùs fuit definitum, ex neceſſitate fit, vt vnio iſthæc naturam ſapiat miſcibilium; tùm in fieri, tùm in facto eſſe; ità vt ſi miſcibilia, (quæ quatuor diximus elementa) æqualia, non quò ad pōdus, ſed ad iuſtitiam, ac vires non ſint; mixtum, ſit intemperatum oportet, eiuſq; inter miſcibilia referat naturam, quod in mixtione, alia vicerit miſcibilia. Aſſentientes ergo, & nos cum doctis viris, in his, quæ per exemplum Theriacæ dicta ſunt de accidentali mixtorū forma; quam, ex dominio qualitatum vincentum, in miſcibilibus,

Per exemplū de Theriaca cōfirmatur ſententia authoris paradoxi.

F emanāre cōtendunt, minimè de eductione, atq; eductionis modo, formę ſubſtantialis eorundem, noſtra cum eiſdē ſtare poteſt, ſententia. Nam vbi, decreuimus in anteriori ſectione, nuperq; prædiximus, mixtum ex mixtione, reportare vnionem factā inter miſcibilia, hoc eſt formam reſultantem, ex vnione miſcibilium, tàm ſubſtantialem, quàm accidentalem, hanc quidem efficientem ab accidentibus, vel qualitatibus refractis in earum excellentijs, ac alteratis; illā verò, ex ſubſtātijs aſſeruatis: ij, toto cœlo diſcrepantes à nobis, ſcripſerūt in aſſert. 49. & 50. ex forma cōplexionali, vel accidentali, præter leges, in 2. ſect. decretas (ex Theriacæ exēplo) formā emanâre ſubſtantialē, per quā Theriaca auxiliat venenis,

Quid reportet mixtio ex miſcibilibus.

G tàm calidis, q̄ frigidis, & alias habet ægregias virtutes ab Andromado narratas: In hac itaq; eductione formæ ſubſtantialis ab accidentali (vt efficiente) conſentire nō poſſumus; cum à ſubſtantijs, miſcibilium fluat, non accidentib⁹. Cœterùm multò minùs aſſentientes in modo eductionis: vbi nos, ex Fernelij placitis, aliorūq; philoſophantium ſanciuimus, elementorum formas ſubſtātiales, & ſic aliorū miſcibilium, dùm ad mixtionē accedunt nō remitti, vel refrangi, ſed aſſeruari illeſas; illi in aſſertione 49. aſſeruêre, miſcibilium formas ſubſtantiales non corrumpi, ſed ſolumodò adeò remitti, & refrangi, vt per eas, non poſſit agere totum mixtum: &

Aſſert. 49. aduerſa legibus philoſophantium.

H confirmātes hanc eorum doctrinam, alia aſſertione 43. dixerunt. *Aliter determinandum eſt de mixtione, quæ eſt alteratorum unio, & non* " *corruptorum, &c.* quaſi mixtio quędam detur, in qua miſcibilia al-" terentur, & alia, in qua corrumpantur: quarè dicentes in aſſertio-" ne 49. *Sequitur quòd formæ ſubſtantiales miſcibilium, non ſunt corruptæ,* " *ſed ſolumodò adeò refractæ, & remiſſæ, ut per eas non poſſit agere totum* " *mixtum, &c.* in grauiora prioribus inciderunt abſurda: à quib⁹, vt tandem euadamus, alterū reijciendum occurrit exēplū, de modo alterationis, factæ à ſyruppis, in humano corpore. exemplum

Aſſert. 49. omninò falſa.

 autem

autem eſt huiuſmodi. *Per aliquod tempus qualitas iſta accidentalis re-* A
manet in nobis impreſſa; ut patet in parietibus fornacis prius ardentis, re-
moto igne quæ poſtea ſenſim, & ſenſim euaneſcit, quid non habet unde per-
Refellitur exemplum fornacis ardentis. *durare poſſit.* Exemplum ſanè omninò, præter inſtitutum, diſſimi-
le, ac falſum. præter inſtitutum inquam, quia loquentes ipſimet
Apologiæ doctores, de alteratione, quę fit ab alimentis, imme-
diatè eſe conferunt, ad alterationem, quæ pendet ex ſyruppis; diſ-
ſimile verò, quoniam alimentorum cum ſit pati, in eaq; paſſione
reagere; vnde alteratio reſultat in corporis partibus: ſyruppo-
rũ (quatenùs medicamẽta ſunt) eſt agere, in qua actione licèt re-
patiantur, ſuas tamèn vires multò meliùs imprimunt in noſtrum
corpus, quàm alimenta; ea vel ſtante lege, qua decretum fuit ab B
Alimenti, & medicamenti diſcrimen. Auer. 2. colliget, & Gal. lib. de alimentorum facult. alimentum eſ-
ſe illud, quod patitur, à corpore, medicamentum verò, quod agit
in corpus. In reliquis, exemplum eſt falſum, quia, nullo pacto,
qualitas accidentalis ſyrupporum remanet in nobis impreſſa, per
aliquod tempus, vt calor parietum fornacis, à qua poſtea remo-
neatur ignis: quandoquidèm, remoto igne, calor à parietibus
remouetur; at remota ſyrupporum exhibitione, nihilominus eo-
rum accidẽtalis qualitas in nobis remanet, vel impreſſa, perſiſtit:
ità vt, ſi ſyruppi ſint temperamenti caliditas imprimatur in no-
bis, in ſpiritibus, in humoribus, in ſolidis, ſi frigidi, frigiditas im-
pertiatur eiſdem, non per aliquod tempus, ac quouſq; ſyruppi cõ- C
morantur V. G. in ventriculo, ſed poſt eorum corruptam formam;
vt in medicis monſtrabimus exercitationibus.

LOGICAE. *Allata definitione, diuiſione, atq; in proprias partes ſubdiuiſione, redactiſq; ad propriam ſedem, Authorum Apologiæ aſſertionibus; decernitur, rationem, in paradoxo allatã, demonſtrantẽ hircinum adipẽ calidum, igneum, &c. optimã eſſe. Cap. VI.*

Aſſer. 26. SED *revertamur ad noſtrum inſtitutum, impoſſibile eſt, ut qua-*
litates, quæ repcriuntur ſub priori forma, remaneant eædem
numero, ſub noua forma, & iſta tua ratio peccat in logicã, D
quia deceptus fuiſti, à fallacia accidentis. Quoniãm, quandò
Aſſer. 27. *dicimus, quod ſanguis eſt materia adipis, ſumitur ſanguis, prout*
ſtat ſub prædicamento ſubſtantiæ. Quandò ſubdis in minori, ſanguis eſt ca-
Aſſer. 28. *lidus, tunc accipis ſanguinem, prout ſtat ſub hoc accidenti; & ſic non ualet*
ſequela, quemadmodum infers. ergo adeps eſt calidus. Quid à pari poterat
Aſſer. 29. *in minori dicere, ſed ſanguis eſt fluidus, eſt rubeus, & id genus accidentium*
inferre, ergo adeps eſt fluidus, eſt rubeus. Et hæ quatuor ſunt in præ-
ſenti, aſſertiones logicę, aduerſùs noſtram paradoxam concluſio-
nem, de remanentia caliditatis, igneitatis, &c. ipſius ſanguinis,
(vt

E (vt materiei diſpoſitæ) in adipe: quamobrem vt omnes facili di-
luantur negocio à nomine auſpicantes hanc telam; Eſto, bonæ
logicæ nomine, ac diſciplinarum rationabilium, intelligendã eſſe,
doctrinam inſtrumentalẽ, ex philoſophiæ habitu genitam, à phi-
loſophis inuentam; quæ ſecundas notiones, in conceptibus rerum
fingit, & fabricat; vt ſint inſtrumẽta, quibus in omni re, verum co-
gnoſcatur à falſo. Cum duæ ſint logicę partes, communis vna, vni-
uerſalis dicta; propria altera, atq́; particularis, ſub eaq́; ſeruentur
(Auer. authore, ſuper præfatione, primi poſteriorum) libri de in-
terpratatione, ſiue peribermenías; libri priorum analyticorum;
in quibus ars demonſtrandi habetur, dialectica propriè dicta; quę
in topicis collocata, problema docet ꝓbabilitèr quodcumq́; cõ-
F firmare: ac ſophiſtica nuncupata, quæ in libris elenchorum ſophi-
ſticorum contenta, captioſa, & fallacia aliorum argumenta, nos
docet, diſcernere: nulli dubium, illatum nobis in logica pecca-
tum, & ad libros prædicamentorum, in quibus ſubſtantiæ, & acci-
dentis habetur cognitio; & ad lib. elenchorum, in quibus falla-
ciarum perhibetur notitia, eſſe redactum: & quià, de maioris, ac
minoris propoſitionis natura, in allata in paradoxo argumenta-
tione, viſi ſunt aduerſarij nos accuſare, tanquàm vnum, nobis fue-
rit in animo, probare in maiori; alterum verò, inferre in minori:
de vtriuſq́; propoſitionis conditione, probabilis itèm, ac demõ-
ſtratiui ſylogiſmi, forma, atq́; materia; vno intuitu, in gratiam
G noſtrę ratiocinationis pro Acchillæ aſſumptæ, ſub particularis lo-
gicæ nomine diſſeretur, vtq́; veritas in promptu pateſcat, hinc in-
choandum. Calidum, & igneum probare nos volentes in para-
doxo hircinum exiſtere adipem; hac ipſa dicendi formula, fuimus
vti. *Cum omnis adipis materia* (philoſopho 3. de Hiſt. animal. cap. 16.
textante) *ſanguis exiſtat, &c. ſanguis hic, ex quo adeps, in natura terre-
ſtriorib'* (cum noſtro Gal. auth.) *adeò igneus ſit, ut ferè comburat, & præ-*
" *cipuè hircinus; talem quoq́; hircinum eſſe adipem manifeſtè ſequetur; cum ab*
" *uno in quantum unum, non proueniat niſi unum:* aduerſùs quam argu-
mentationem, inſurgens vir logicoteros, in logica, eam peccare, &
H ſemel, & bis, aſſeuerauit. à primo ergo exordientes peccato. Cum
quadruplex ſit diſputatio vniuerſa, p ꝓprios, adepta ſylogiſmos.
Doctrinalis videlicet Dialectica, Tẽtatiua, atq́; Sophiſtica: demõ-
ſtratiuo prima; dialectico ſecunda; tentatiuo tertia; atq́; ſophiſti-
co, quarta innixa, ſylogiſmo: quis non videt, quòd doctrinali in-
tenti nos diſputationi, demonſtratiuo fuimus vſi, non ſophiſtico,
tentatiuo, aut probabili? Neuè, à rei veritate, recedere nos voluiſ-
ſe, quis autumet; redigatur in formis noſtra iſthæc argumentatio,
ad modum, & formam, propriamq́; figuram, dicaturq́;. Omne ge-

Logicę nomine quid ſit intelligendum.

Logicæ partes duæ, & quæ ac omnium proprũ libri.

Ratio dicendorum in logica vndè deſumpta.

Verba Paradoxi.

Quadruplex eſt omnis diſputat & quę.

 nitum

Demonſtratio ex veris paradoxi

Propoſitionũ materia, & forma quę ſit.

nitum ex ſanguine, eſt calidum (& hæc maior ſit propoſitio.) Omnis adeps genitus eſt ex ſanguine, (& hæc ſit minor:) Quis negabit, in concluſione; ergo omnis adeps eſt calidus? certè hunc in modum argumentari nõ eſt à fallacijs decipi, fallaciaſuè ignorare, aut adducere, ſed Demonſtratiuum (ni φιλαυτία nos decipit) ex veris, primis, immediatis, notiorib' prioribus, & cauſis, concluſionis, afferre ſylogiſmum, ac demonſtrationem. Atq; anathomen, præſentis noſtrę argumentationis, vt faciamus. In memoriã aduerſarijs reuocandum; quòd cum quælibet argumentatio, ex duabus conſtet propoſitionibus, quæ illius dicuntur materia: & concluſione, quę propoſitionibus ſuperueniens, earundem eſt forma: & quęlibet propoſitio, ex tribus componatur terminis (quorum duo in concluſione colliguntur, tertius autèm nunquam ingreditur) maiori. ſ. nuncupato extremo, minori, & medio termino: maiuſq; extremum ſit, terminus ille, qui prędicatur, minus, qui ſubijcitur; & maior adhuc ꝓpoſitio ſit, quandò medius terminus eſt cum maiori extremo; minor verò, quandò idem eſt cum minori: allata nupèr argumentatio, quò ad formam, dialecticis ſylogiſmi ſapit naturam: & quia prætèr formam, requiritur etiam materia, quæ triplex, eſt, Naturalis ſiue neceſſaria, quæ prædicatum naturalitèr, ſiue ex neceſſitate iungit cum ſubiecto; vel in qua prędicatum eſt de eſſentia ſubiecti, aut proprium eius. Contingens, atq; remota, ſanè quò ad materiam, quæ neceſſaria eſt, allata argumẽtatio, demonſtratio extat: vt propterea cum in forma optima ſit, atq; materia; nullum ei inſit peccatum nec in logica, vel dialectica propriè dicta, nec in libris poſteriorum analyticorum, in quibus ars demonſtrandi habetur. Non quidèm in forma, proprioq; modo, & hoc, inter omnes, perfectiori. quia præfata argumentatio, ex duabus conſtat propoſitionibus, tanquàm materia, concluſione, vt forma; quælibet propoſitio, ex tribus conſtat terminis, quorum, duo concluſionem ingrediuntur; tertius autem non: tàm maior, quàm minor propoſitio inſectatur naturam, vniuſcuiuſq; vocalis, triſillabę illius dictionis apud pueros, vulgatę, primi modi: propoſitio quælibet, ex ſubiecto conſtat, & prædicato; medius terminus ille eſt, qui ingreditur maiorem, atq; minorem, iuxtà leges primæ figurę nec quicquam deeſt, quod primę illi figuræ, primoq; modo, in forma conueniat: nàm medius terminus, qui erat, (omne genitum ex ſanguine) ſtat in maiori ꝓpoſitione loco ſubiecti, de eo prędicatur prædicatum, eſſe calidum: in minori, ſtat loco prędicati, & prædicatur de ſuo ſubiecto, quod erat omnis adeps, cui iunctum in concluſione prædicatum, ſit, omnis adeps eſt calidus: quæ concluſio veriſſima eſt, quià veriſſimæ, & propoſitiones;

Quæ ſint neceſſaria pro ſylogiſmo demõſtratiuo.

Comprobatio dicti ſylogiſmi demonſtratiui.

A B C D

E ſitiones;& maius dumtaxàt extremũ(ꝙ eſt prædicatum in maiori propoſitione)& minus(quod in minori ſubijcitur)eam ipſam efformant; adeò vt,quò ad formã argumentatio conſtantisſima eſt & firma,omni expurgata labe,ac libera menda. Maior etenim ꝓpoſitio(omne genitum ex ſanguine eſt calidum)vniuerſalis,& affirmatiua exiſtit,vigore prioris vocalis.A.collocata inter B.& R. minor (omnis adeps genitus eſt ex ſanguine) vniuerſalis paritèr, & affirmatiua eſt,gratia eiuſdem vocalis.A. ingredientis ſecundam ſyllabam.BA.& concluſio,omnis adeps eſt calidus,ex maiori,& minori conflata extremo,ſecluſo medio termino,vniuerſalis paritèr,& affirmatiua eſt,ob vim eiuſdem vocalis.A. inſectantis tertiam ſyllabam RA.collocatæ poſt R. Cœterùm,optima ar-

Propoſitiones dicti ſylogiſmi inſequuntur naturam vocaliũ primi modi,& primæ figuræ.

F gumentatio exiſtit in materia,quia hæc cum fuerit neceſſaria, vel naturalis,dicentes nos in maiori propoſitione, omne genitum ex ſanguine eſt calidum;omnes norunt,prędicatum,quod eſt calidũ, eſſe de eſſentia ſubiecti,nimirùm eius, ꝙ genitum eſt ex ſanguine, quandoquidèm, & caro, & ſpiritus, & ſi quæ ſunt,ex ſanguine in animantibus genita,calida ſunt. Et addentes in minori,omnis adeps genitus eſt ex ſanguine,vnuſquiſq; dignoſcit, prædicatum ꝙ eſt,eſſe genitum ex ſanguine,prędicari de omni adipe,cum ex neceſſitate, hic generetur ex ſanguine: qui quidèm ni animantibus inſit;adeps ineſſe non poteſt. Quarè,veriſſima extante, argumentatione noſtra,in paradoxo, digito quaſi, monſtrata; in forma ea

Omnia genita ex ſanguine eſſe calida.

G non peccet, nec in materia: quis illam de peccato poſſit in logicæ allatis partibus arguere,non ſatìs apud nos cõſtat. Quòd ſi logicoteri aduerſarij,verbis nobiſcum velint contendere, aſſeuerareq; allatum argumentationis genus nõ eſſe illud,quod Paradoxũ inſculpſit; Aſſerimus idem prorſùs exiſtere, cum idem in vtroq; concludat,calidum.ſ.atq; igneum,animantium,quorum calidus, & igneus eſt ſanguis(ex Gal.12.de ſimplicib.) exiſtere adipem,at minùs ad formam ſylogiſticam redactum, putantes apùd conſummatos philoſophos,clariſſimam concluſionem,eductam è medio termino,ſatìs in perbreui illa diſputatione fuiſſe.

H *EX loco argumentationis factæ ab Paradoxi Auth. à cauſa materiali ad effectum, oſtenditur, quomodò ſanguis ſit ſemper ſubſtantia; curue à pari dicendum non ſit, ſanguis eſt rubeus, & fluidus, ergo adeps quoq; fluidus, & rubeus.* *Cap. VII.*

DIALECTICVS, præſens omninò, vt fiat diſcurſus, noſtrę ſunt partes modò reſponſiones afferre vniuerſás,quę ab aduerſarijs,contra allatam argumentationem,vident adductæ. Prima ergo reſponſio his clauditur particulis. *Quandò dicimus, quòd ſanguis eſt materia adipis, ſumitur ſanguis prout ſtat ſub prædicamento ſubſtantiæ.* Aſſer. 28.

Aſſer. 28.

Quandò verò ſubdis in minori, ſanguis eſt calidus, tunc accipis ſanguinem pro ut ſtat ſub hoc accidenti, & ſic non valet ſequela, ergo adeps eſt calidus. Reſponſio quidem indigna, tum philoſophi, tam medici. Propterea quod, decernens philoſophia, duplicem eſſe ſubſtantiam, primam ſ. quæ maximè omnium ſubſtat, nec de ſubiecto prædicatur, nec in ſubiecto eſt (velutì indiuiduum) atq; ſecundã, quæ de ſubiecto dicitur, & in ſubiecto non eſt, vt ſpecies, & genus: quæ duo prædicantur de prima ſubſtantia (vndè maximè proprium vnicuiq; ſubſtãtiæ eſt, in ſubiecto non eſſe, intelligentes per non eſſe in ſubiecto, ſecundùm quod accidens eſt in ſubiecto.) Sanguis, qui eſt materia adipis in maiori ꝑpoſitione, cum ſit ſubſtãtia, & maximè ſubſtet; non ſatis apùd me patet, quomodò in ea, ſtet ſub prædicamẽto ſubſtantiæ; in minori verò, accidentis. Quandoquidem ipſa eſt medicina, vel teſte Auic. tract. de humoribus. *Sanguis eſt ſubſtantia fluida, &c.* Sed reuertentes ad logicam. Cum nobis in animo fuerit probare in noſtro paradoxo, hoc prędicatum, calidum, quod eſt accidens (quia in ſanguine ſtat, vt in ſubiecto) prædicari de adipe: ſumentes pro medio termino ſanguinem; dicentes quòd ſanguis eſt materia adipis; vbi prædicatum eſt, eſſe materia; ſubiectum eſt, ſanguis, qui re vera exiſtit ſubſtantia; dicentes in minori, ſanguis eſt calidus; in qua propoſitione, prędicatum, eſſe calidum, prædicatur de eodem ſubiecto, qui pariter eſt ſanguis: (*bis. n. in hac figura argumentandi medius terminus ſubijcitur*) quî fieri poteſt, vt in maiori propoſitione, ſanguis ſtet ſub prędicamento ſubſtantiæ, in minori verò ſub accidenti? Argumentantes ergo nos, à loco cauſæ materialis, ad ipſius effectum, ſcribentes. *Sanguis cum ſit materia adipis, & ſanguis ſit calidus, ex neceſſitate ſequitur adipem eſſe calidum:* non eſt fallacias adducere, vel à fallacijs decipi; ſanguinemuè conſiderare in maiori, prout ſtat ſub prædicamento ſubſtantię, in minori verò, ſub accidente, nempè ſub caliditate: ſed probabilẽ, afferre ſylogiſmum, ad demonſtrationem, & quò ad formam, & quò ad materiam, in ſuperiori capite, à nobis, redactum. Quandoquidèm ſanguis, quomodocumq; ſumatur, tàm in maiori propoſitione, in qua ſtat, vt materia adipis, quã in minori; in qua, ſtat ſub caliditate, ſemper eſt ſubſtãtia, nulloq; pacto vox exiſtit æquiuoca ad accidens, & ſubſtantiam; propterea quod, ſicuti eſſe materiam adipis, ſecundùm nomen, & ſecundum definitionem, in maiori prædicatur propoſitione, in qua eſt ſubſtantia; ſic eſſe calidum, prędicatur de eodem, vt ſubſtãtia qualificata. quæ duo prędicata cum verificentur de ſanguine, in maiori, & in minori propoſitione; non video quomodò decepti fuerimus à fallacia accidentis; quid, nec in vlla alia fallaciarum ſpecie. Diuidens enim

[Margin: A; Subſtantia duplex, & quæ. B; Sanguis ex Auicenna eſt ſubſtantia. C; Argumentatio facta in paradoxo. D]

Petrus

E Petrus Hiſpanus, fallacias omnes, & in eas, quæ committuntur in dictione (quæ .ſ. cauſam habent apparentię, ex parte vocis, cuiuſmodi, ęquiuocatio, amphibologia, compoſitio, diuiſio, accentus, & dictionis figura) & in eas, quæ extra dictionem fiunt, quæ ſcilicet cauſam habent apparentiæ & deceptionem inducunt ex parte rerum, veluti accidentis nuncupata fallacia: ſecundùm quid, dicta ad ſimpliciter: ignorantia elenchi: petitio principij: conſequens non cauſa, vt cauſa: & ſecundùm plures interrogationes ad vnam: non ſatis callemus, quomodò ex ea orationis particula, in paradoxo citata, auſi ſint Apologiæ profeſſores nos accuſare de ignorantia accidentis: quatenus ſcilicet, ab vna eademq; voce, quæ

Fallaciarum diuiſio, ac ſubdiuiſio.

F erat ſanguis, nos fuerimus decœpti. Verumenimuerò, quantò magis, quàm nos ipſi fuerint lapſi, hinc depræhendatur. Iàm in ſuperiori ſectione ſanciuimus, ad generationem, duo in primis agentem cauſam ſibi parare, materiam ſcilicet quantam, & qualem: & quia, quantam conſiderauimus in maiori propoſitione: non ſolùm vt quantitate affectam, ſed, & qualitate, conſiderauimus in minori; ea vel ſtante neceſsitate, non poſſe in materiam induci formam, vel è materia educi eamdem, niſi ſit benè diſpoſita: at ſic eſt, quod diſpoſitionem acquirit, per qualitates, per accidentia; quarè ad demonſtrandam adipis generationem ex ſanguine, hunc meritò, accidente, caliditatis, in minori cohoneſtauimus;

Aduerſariorũ grauiſsimus error.

G ſupponentes in maiori, eumdem ſanguinem, ac in minori, eſſe ſubſtantiam. Quòd, ſi ſanguis, vox eſſet æquiuoca modò ad accidens, modò ad ſubſtantiam (vt ex Aduerſariorum conſcriptis poſſet decerni) quàm vana noſtra eſſet philoſophia, quæ paſsiones docet diſcernere, & accidentia de ſuo proprio ſubiecto? ſubſtantia omnis, naturalis inquàm, in his inferioribus, accidentibus eſt cohoneſtata; & qualitati adnexa, actio, & paſsio, inter predicamenta ſcaturiunt; numquid dicendum, qualificatam ſubſtantiam (ſanguinem dicamus calidum) ſtare ſub accidenti? vana hęc nimis exiſtit, doctrina; nec magis ſolida, ea eſſe videtur, in qua dicentes nos in paradoxo, ſub enthymematis forma (*Igneus*

Munus philoſophiæ naturalis, quale ſit.

H *igitur hircinus cum ſanguis exiſtat, igneum quoq; eſſe adipem remanebit dicendum*) dixêrunt ipſi, "*Non ualet ſequela, quid à pari poteras dicere, ſed ſanguis eſt fluidus, eſt rubeus*; Quandoquidèm, argumentantes nos, in vtraq; ratiocinatione, à cauſa materiali ad effectum; illa duplex cum ſit, permanens nimitùm, atq; tranſiens, quæ diſtinctio coincidere videtur, cum diſtinctione, allata deſuper, de materia propinqua, atq; remota, rerum generabilium; cauſam nos adduximus in paradoxo, permanentem, atq; propinquam, à qua ad effectum argumentari, cum ſempèr licuerit, nec vnquàm mos inoleuerit;

Verba paradoxi in ent[h]ymematis formã prolata.

Cur à pari dicendum non ſic ſanguis eſt rubeus, ergo, & adeps.

inoleuerit; hinc factum, cur dixerimus, igneum eſſe adipem; non tamen, à pari dicendum ſit fluidum, & rubeum eſſe eumdem: quouſq; enim, ſanguis ſub fluiditate, & rubedine manet locatus, non permanens, aut propinqua, ſed tranſiens, atq; remota adipis cenſetur materia: ita vt, ſi re vera ſanguis, quatenùs fluidus, & rubeus permanens adipis eſſet materia, à pari dicendum, cum aduerſario eſſet, ergo adeps eſt fluidus, eſt rubeus, & id genus accidentium, quę reperiuntur in ſanguine, inferre. Sed valeat iam logica iſthæc diſceptatio; quæ porrò ſi in ſapientes cadent, vniuerſos, nil noſtra medicina, atq; philoſophia confuſius, ad quam veritatem reſpiciens Auerr. 8. phyſic. eos maximoperè damnauit, qui ſophiſticis demonſtrationibus, medicinæ dogmata tentant inuertere, phyſicorumq; omnem negant perfectionem, philoſophiam, & leges: Quamobrem properantes ad alia, vbì nos in paradoxa concluſione, ex vocis τῦ ἀιγεια interpretatione declarauimus, Galenum in dyſentericis curandis deiectionibus, caprinum adipem commendare, non autèm hircinum, hæc aduerſarij monumentis literarum mandarunt.

Auerrois pulchra ſententia.

Aſſer. 53. *Nos ità didicimus, comperimuſq; apud bonos Authores, hunc eſſe legitimum loquendi modum, ut quandò legimus, medullas ceruinas, uitulinas, &c. uel adeps gallinaceus, equinus, urſinus, &c. quòd omnia hæc nomina*

Aſſer. 54. *generica ſunt; ex generibus ſubalternis. Vndè quandò legitur medulla ceruina; æquè intelligitur de maris, ac fæminæ medulla, ſic pariter uitulina, intelligitur de utroq; ſexu: & ſic anatis, & hedi medulla tàm de mare, quàm de fæmina intelligitur, &c. quouſq; iterùm concludant.* Sed rurſùs

Aſſert. 60. *ego percontor, intelligis ne (ut re uerà intelligi debet) illam dictionem caprinum. genericè, quatenùs marem, & fæminam compræhendit in illò genere ſubalterno, uel potiùs prò fæmina tantùm. Credo equidèm te reſpon-*

Aſſert. 61. *ſurum genericè, & ſic ego quoq; credò intelligendum, quarè nihil habes contra ipſos, cum poſſimus ad libitum intelligere; tùm adipem maris, nempè hirci, tùm fæminæ, uidelicet capræ.* Verùm hæ in præſenti diſcutiendæ ſint ſatis aſſertiones; pro quibus diluendis, quid ea logicę pars, generis, ac ſpeciei deſtinata intellectioni, decernat; in ſequenti patebit.

REFELLVNTVR *Aſſertiones illæ, in quibus decreuit Aduerſarius, nomen caprinum, eſſe genus ſubalternum. contineriq; ſub eo tùm capram, tùm hircum: ubi demonſtrata ueritate, eſſe nomen denominatiuum, à capra, & capro, hircus ab eodem, multiplici nomine ſecluditur.* *Cap. VIII.*

INSTITVTVM

E INSTITVTVM Sectantes; ſupereſt nunc, vt cum
decreuerimus, eorum, quæ ad logicam attinent conſi-
derationem, ſeiunctam à philoſophicis factitare, di-
ſcurſum; quid ea logicæ pars (in qua generis, ac ſpe-
ciei habetur cognitio) ſentiat circa præfatas aſſertio-
nes, aperire tentemus. Altius igitur quoddam captantes exor-
dium; in memoriam reuocandum prudenti Aduerſario: quòd
cum genus ſubalternum (authore Porphirio in ſua introductio-
ne) ſit illud, quod genus exiſtit, & ſpecies: genus quidem infe-
riorum ſpecierum, ſpecies verò generis ſuperioris; veluti V. G.
Animal, quod ſpecies eſt viuentis, & genus animalis rationalis,
F &c. citata vox *τὸ αἴγειον*, quæ caprinum ſignificat, non video
quomodò genus exiſtat ſubalternum, nam prętérquamquòd nul-
las alias ſub ſe continet ſpecies, genus etiam eſſe non poteſt: Nec
præterea ſubalterna eſt ſpecies, quandoquidem, hæc cum ſit ge-
nus, & ſpecies; genus ſcilicet ſpecierum inferiorum, ſpecies verò
generis ſuperioris, veluti eadem pręfata vox: remanęt, vel nomen
eſſe generaliſſimum, vel ſpecialiſſimam ſpeciem. primum eſſe nō
poteſt, quià non ſibi competunt, proprietates generis generaliſ-
ſimi, hoc eſt, non ità eſt genus, vt non poſſit eſſe ſpecies; quarè
erit ſecundum, ſpecies nimirum ſpecialiſſima; cuius eſſentia, e-
narrata à *Porphirio*, per eſſe ità ſpeciem, vt non poſſit eſſe genus,
G eo quòd, non habeat ſub ſe alias ſpecies, ſed ſola contineat indiui-
dua, vt homo, & capra; quomodò auſus ſit Apologię Author af-
firmare nomen caprinum, equinum, vrſinum, &c. eſſe nomina ge-
nerica, ex generibus ſubalternis; vnà cum ſua bona logica intelli-
gere, haud valemus; Quandò aliud ſentiat bona logica; & aliud
prudens Aduerſarius, qui ratus ſuis rationabilibus diſciplinis rē
omnem in logica illuſtrare, eam ipſam longè, lateq; obſcuriorem
reddidit, & implicauit. Sed enim omnis, vt quā primùm puerilis
hæc auferatur diſcordia, cum quæcumq; vox ſiue nomen, eſſe poſ-
ſit, vniuocum, æquiuocum, aut denominatiuum, & propterea cō-
mune cum alijs, ſecundùm nomen, & definitionem; ſecundùm
H nomen tantùm; & partim adhuc cum vtroq; partim conueniat,
ac partim diſcrepet. Vniuocumq; illud ſit, quod, & ſecundum
nomen, & definitionem cum alijs exiſtit commune. Æquiuo-
cum, ſecundùm nomen tantùm? & Denominatiuum, ſecundùm
nomen, & definitionem, partim cum re denominata conueniat, &
partim differat: in rei veritate illud, nomen *τὸ αἴγειον* apud Gręc.
caprinū apud latinos, denominatiuū exiſtit: hoc.n. cū ſit qcūq; ab
aliquo, ſolo caſu eſt differens. & ſecundùm illud nomen habet ap-
pellationem, vt à grammatica grāmaticus, medicina medicus, &
capra,

Generis ſubalterni definit.

Speciei ſubalternæ definit.

Generis generaliſſimi, & ſpeciei ſpecialiſſ. defin.

Vocis cuiuſq; ac nominis diuiſio.

Vniuocum, ęquiuocum, & denominatiuum quid.

capra, caprinus; nulli dubium, præfatũ nomen eſſe, denominatiuũ. A
de cuius natura loquẽs Simplicius, & Auguſtinus thomo 1. cap. 4.

Denominatiui nominis natura.

ſuarum cathegoriarum, ſcripſerunt, Denominatiua nomina, eſſe media inter æquiuoca, & vniuoca, & rationem afferentes, dixêre: Cum vniuoca, nomẽ, ac rem habeant eumdem (quorum nomen & ratio ſubſtantię eſt eadem lib. 3. ſuarum ſummularum dicebat Hiſpanus) æquiuoca verò, ſolùm nomen, non rationem. Denominatiua, non habent rationem prorſùs eamdem, ſicut vniuoca; nec prorſùs diuerſam, ſicut æquiuoca; & nomen adhùc cum æquiuocis, non prorſùs idem, nec prorſùs diuerſum; ſicut albedo, & album: quo porrò modo, cum caprinum ſe habeat nomen, deno-

Nomen τὸ αἴγειον, eſſe denominatiuum.

minatiuum remanet eſſe dicendum, non autèm genus ſubalternum, vt aperto ore promulgauit aſſertionum 54. vſq; ad 61. Apo- B
logeticus author, qui tamẽ ſi animaduertiſſet, Denominatiuorum nominum conditiones, ab Ammonio citatas, minimè, in has inanes incidiſſet difficultates. In reliquis, quòd ſub hoc denominatiuo, Caprinum, fœmina tantùm contineatur, non mas vocatus hircus præter placita aſſertionum, 54. 56. &c. hinc deſumatũ. Illuſtriſ-

Toleti Illuſtriſſimi doctrina controuerſiam dirimens.

ſimus Toletus, qui vniuerſam, ſua doctrina, quęſt. 1. cap. de vniuocis, & æquiuocis tollit controuerſiam. dicens duo in denominatiuis concurrere, vnum ex parte rerum, & alterum, ex parte vocũ; docenſq; id, quod concurrit, ex parte rerum. ſ. denominandarum, eſſe formã, & id quod talem formã participat, nempè ſubiectum. quod autèm concurrit ex parte vocum, eſſe nomen, illius formæ, C
quod dicitur abſtractum; vndè fit, vt nomina denominatiua, conſiderata ex parte rerum, ſeu formæ, & participãtium formam, dicantur denominatiua denominata; ex parte verò nominum, denominantia; Eiuſmodi vox caprinum, denominatiuum à capra, & capro, qui mas dicitur caſtratus, nomen extat (ratione formę, quę eadem eſt, caprę, & capro) denominatum; quicquid. n. cõpetit formæ nomini, competit denominato: ac ratione vocis, dicitur, eſſeq; poteſt, denominatiuum denominans: ita quod, tàm à capra, quàm capro, per mutationem ſolius cadentiæ poſſit deduci, ac

Cur nomen hircinum ſecludatur à caprino.

deriuari: non autèm ab hirco: quocum, quia nullam in principio D
vòcis habet ſimilitudinem, cum denominatio fiat à nomine conuenienti, ac ſimili in principio, diſſimili verò in fine; nullo pacto, caprinum, aſſeuerandum, repræſentare quicquid hirci exiſtit. A quo. n. fieri non poteſt denominatio, ſub nomen denominatiuum, tàm denominans, quàm denominatum, cadere nõ poteſt.

Concluſio aduerſa aſſertionibus aduerſariorum.

Quocirca luce meridiana clarius cũ cõſtet, nomẽ iſthoc caprinũ, eſſe vnius ſpeciei ſpecificũ, nõ genus ſubalternũ, Denominatiuũ à capra, & capro, nõ hirco: dicamꝰ, aduerſas bonæ logicę legibꝰ eſſe,

aſſertiones

E tiones aduerſariorum, in quib' decreuêrunt, nomina denominatiua, repræſentantia, in rei natura ſpeciem genera exiſtere ſubalterna: quam eamdem veritatem animaduertentes iidem, in aſſertione 62. optimè dixerunt. *Si uerò dictionem illam genericam quæ ſpeciem, repræſentat, abſq; ſexus diſtinctione, tu coarctando reſtringis ſignificatum, ad ſexum fœmininum, uideris longè maiorem committere errorem tu, quàm illi, qui traduxerunt ad marem. Denominatio enim, cum ex Philoſopho, fieri debeat, à nobiliori, & præſtantiori, & mas fœminam præcedat, procul dubio illi uidentur minus inculpâdi, quàm tu, qui ad ignobiliorem partem declinas.* Et ecce contrarius ſibimet factus Apologiæ Author, in hac 63. aſſertione; vbi in præcedentibus, apertiſſimè ſcripſit, F præfatum nomen, caprinum, genus eſſe ſubalternum; nunc benè dicit, eſſe ſpeciem, abſq; ſexus diſtinctione, & ob id ſpeciem ſpecialiſſimam, in qua nulla ſexus habetur diſtinctio. Cæterùm, quã præſtans, ac nobilis, tanti aduerſarij in ſequenti aſſertione, exiſtat doctrina vnuſquiſq; præhendit. Contendit, ratione faciendarum denominationum, à nobiliori, ac præſtãtiori, Septuagenarius vir, longè magis nos aberraſſe, qui nomen τὸ αἴγειον, interprætati ſumus caprinum (intelligentes dumtaxât, quicquid capræ fœminæ, vel maris exiſtit caſtrati, qui caper vocatur) quàm Galdinum, & Linacrum, qui hircinum traduxêre; at quanti eius ſit facienda cõtentio, tum ex dictis, tum infrà dicendis, compræhendatur. Cum, G ex Simplicio, indè facienda ſit denominatio, quòd magis vniuocum eſt, cum denominato (non autem ab eo, quod eſt nobilius, vndè hircus, proptèr ſuam nobilitatem, à nomine denominato caprino, ſecluditur) quia denominatiuum caprinum, maximè vniuocum eſt, cum capra, & capro; hinc ſequitur denominationẽ eſſe faciendam, non autèm ab hirco; cuius tamèn denominatiuũ, cum ſit hircinum, repræſentans tantum quicquid hirci, & maris non caſtrati exiſtit; firmiſſimè dicendum, quòd ſicutì voces, ac nomina, à quibus fiunt denominatiua, ſunt diuerſa, ſic ipſamet denominatiua, tàm denominata, quàm denominantia; ita quòd, cũ aliud ſonet caper, & capra, & aliud hircus, aliud etiam ſonet de-H nominatiuum caprinum, & aliud hircinum. Atq; hac ſtante doctrina, nullo pacto Linacer, & Galdinus potuerunt vertere dictionem, τὸ αἴγειον, hircinum, tum quià nomen, à quo fit denominatiuum αἴγειον, capram ſonat, non hircum; tùm quià, magis vniuocum eſt, cum nomine, à quo fit denominatiuum αἴγειον, capræ, & capri nomen, quàm hirci. Depoſita itaq; hirci nobilitate, cuius tamèn quanta ſit, in ſequenti pateſcet, amplexata lege, faciendarum denominationum, à nominibus magis vniuocis: quid ſibi velit, nomen, à quo factum eſt, denominatiuum caprinum, inquiramus

Aſſer. 63.

Aſſer. 64.

Contradict. in verbis aduerſarii.

Simplicii doctrina docens vnde ſit faciẽda denominatio.

Lex faciendarum denominationum ab vniuocis pendet.

inquiramus; ſic.n. quid, & ſibi velit denominatum caprinum in- A
telligemus. Ad hęc, dictio illa ἡ αἴξ apud Græcos, capra apud La-
tinos, nomen exiſtit æquiuocum, plura ſub ſe cōtinens, conueniē-
tia in nomine, & diſcrepantia in definitione, nàm ſignificat in pri-
mis caprā, & caprum, inter quadrupeda biſulcum animal; capreā,
agreſtemq; caprum, teſtę Dioſcoride, & vt author eſt Ariſt. 8. de
Hiſt. animal. cap. 3. Auium ſpeciem quamdā verſantem in aquis,
vtq; Atheneus lib. 13. fuit textatus, famoſam meretricem, Caprā
appellatam, qualem fuiſſe Poliagri vxorem, à marito proſtitutā,
prodiderunt hiſtorię; atq; fabarum quoddam genus, cuius vſus,
(Auth. Eſichio) erat in ferendis ſuffragijs; Quib⁹ omnib⁹ ſignifi-
cationibus, aliam addens Plutarchus, per caprā, ſignificari etiam
voluit ſtellam quamdam, οὐρανίαν dictam, ſiniſtro Aurigæ hume- B
ro inſidentem. Verumenimuerò, omnibus dimiſsis, amplexantes
ſignificationem, quadrupedis biſulci animalis. Varinus Phauori-
nus, Illuſtr. ac Reuerendiſſ. Epiſcopus Nucerinus, cui vniuerſa de-
bet Phauorinorum Familia, vt quę clariſsimū, atq; doctiſsimū, in
Græcis literis habuerit Authorem, vniuerſum excultum per orbē
perpendens, in ſuo comment: dictionem ἡ αἴξ, & loquens de dif-
ferentijs, quæ viſuntur in hac ſpecie per ætatem, ac ſexum; vbi nos
docuit, commune omnibus eſſe, nomen ἡ αἴξ, καὶ ἔστιν αὐτοῖς κοι-
νὸν ὄνομα τὸ αἴξ, proprio dicens idiomate. de maribus, ac fœmi-
nis magis ſtrictam proferēs orationē: Mares ἐρίφους appellauit καὶ
τράγους; vndè denominatiuum τραγεῖον; fœminas verò & χιμαίρας C
& αἶγας: vndè αἴγειον: ac referens denominatiui vtriuſq; ſignifi-
cationē, τραγεῖον dixit ſignificare quicquid hirci eſt, αἴγειον verò,
capræ, & capri: Atq; ab hac eâdem ſignificatione, non recedentes
cœleberrimi Authores, qui dictionarium Græcolatinum Baſileæ
impreſſum, ex officina Enricopetrina edidêrunt, quā Illuſtr. Pha-
uorinus adduxit, apportauit ſententiam: & ſpecificā magis adhùc
afferentes doctrinā, apertè ſcripſerunt vocem ἡ αἴξ ſolam caprā,
vel caprum, ſecluſo hirco ſignificare. vbì Ariſt. quoq; 4. de gener.
animal. 4. volens exprimere, indiuiduum, vtroq; ſexu, hac eâdē in
ſpecie, donarū, capras. ſ. quæ maris, ac fœminę genitales obtinue-
runt à natura, partes, τραγαίνας has dixit, cōpoſita exiſtēte voce, D
ex τράγος, vel τράγου & αἶγος. ex qua Ariſt. nomenclatura, clariſ-
ſimè colligi poteſt, quod ſi vox αἴξ, tàm caprā, quàm hircū repręſen-
târet, nō vſus fuiſſet cōpoſitione nominis repręſentantis marē &
fœminā: quarè diſtinctū, cùm exiſtat vtriuſq; nomē, diſtinctū, atq;
denominatiuum: id quod videns nr̄ Dioſcorides lib. 2. cap 94. diſtin-
ctiſſimam, ad maris, & fœminę ſignificandum adipem, apporta-
uit, orationem; loquens enim de caprino, hęc habet, τὸ δὲ αἴγειον

Vocis contemplatio vnde factum eſt denominatiuū apud Græcos, & Latinos.

Reuerendiſſ. ac Illuſtris Varini Phauorini Camertis Gloria.

Nomina diſtinguentia per ætatē, & ſexū indiuidua ſpeciei prędictę.

Diſcrimē inter τραγεῖον & αἴγειον.

Τραγαίνας apud Ariſtot. quid ſignificēt.

E στυπτικώτερον, ὅθεν δυσεντερικοῖς δίδοται. videl. Caprinus verò adeps, adſtringentior eſt; qua de cauſa dyſentericis datur; ὁ δὲ τράγειον διαλυτικώτατον ὂν βοηθεῖ ποδαγρικοῖς hircinus verò maximè diſcuſſiuus, vel reſolotiuus, qui podagricis auxiliatur: Iā verò, ſi nullum agnouiſſet diſcrimē Dioſcorides, inter caprinū, hircinumq; adipem, diſcrimine haud vſus fuiſſet nominum: quarè concludendum, vocem τὸ αἴγειον, ſignificare apud Græcę linguę peritos, ſolū quicquid fœminę eſt, & capri, caſtrati maris, qui eādem, ob caſtrationem, cum fœmina habet tēperiem: & τράγειον, duntaxat quicquid hirci, maris videlicet non caſtrati: quò fit, vt meritò Reuerendiſſimus Phauorinus, αἴγειν nomine, capræ pel-
F lem ſignificari docuerit, & τράγειν, hirci corium, ſignificarit. hinc τραγικός, indè αἰγίοχος, AEgiocus fuit nuncupatus Iuppitèr, qui capræ pellem perpetuò geſtauit; Capræuè lacte in pueritia fuit nutritus: Tragicus fuit appellatus, Poëta ille, ſiue Seneca princeps; vel alter, à trago, in cuius honorem tragœdia agebatur. Sed, & Gal. 11. de ſimplic. med. facul. videns magni intereſſe in factitanda medicina, inter capræ, hirciq; ſeuum, adipem, carnem, ſanguinem, &c. diuerſis ſemper vſus fuit nominibus: argumentum quod ſanè firmiſſimum, aliud ſibi per αἴγειον, ac aliud per τράγειον voluiſſe ſignificare. Quamobrem, quam vana ſit aſſertio illa 53. & 54. in quibus ſcripſit aduerſarius. *Nos autèm ita didicimus, comperi-*
G *muſq; apud bonos authores, ut cum legimus adipem caprinum, urſinum, uel medullam, &c. quòd omnia ſunt nomina ſubalterna, & aquè intelliguntur de maris, & fœminæ adipe*, licèt ſatis ex dictis pateſcat, in medicis tamèn patentiora vniuerſa fiant exercitationibus.

Diſcrimen earundem vocū ex Dioſcoride.

Cur Iuppiter dictus αἰγίοχος & Poeta aliquis τραγικός.

Refellitur aſſert 53. 54.

Decernitur Apologiæ Anthorem longè magis in uerſione uocis τοῦ αἰγείου aberraſſe, quam Linacrum, & Galdinum, qui tamèn, quomodò, propter æquiuocationem traduxerint hircinum, inquiritur.

Cap. IX.

STANTE *hac doctrina firma, & uera* (inquit in Apologia aduerſarius) *reuertamur ad Galdinum, & Linacrum, ſi illi uertiſſent τράγειον adipem caprinum, tu profectò eos*
H *minimè damnaſſes, ſed condemnaſſes potius, approbaſſeſq; eorum uerſionem, ut tuam commendas, & approbas, & rectè quidem iudicio meo*) Ecce contrarius ſibimet factus, Author Apologię;
„ vbi hic, noſtram approbat verſionem, in aſſertione 63. inquit.
„ *proculdubio uidentur illi minus inculpandi, quàm tu, qui ad ignobiliorem partem declinas, &c.* In qua aſſertione inuitans, vt obitèr de Hirci nobilitate tractemus; videamuſq; quis, magis inter nos, Galdinum ſcilicet atq; Linacrum, Aduerſarium, & Phauorinum ſit inculpādus; à primo exordiēdum. Ad hæc, Capræ, & hirci ſi ſpec-

Verba aſſertionis 59.

Aſſert 63.

Braſſauolus de nobilitate hirci

tetur nobilitas, Braſſauolus Ferrarienſis, in examine ſimpliciũm. A
Hircus, inquit, *eſt caprarum maritus, quem uulgo Becho nuncupamus, & per ſimilitudinem eos homines becbos appellare conſueuimus, qui ſponte eorum uxores, ab alijs uitiari ſinunt: quippè omnia animalia ægrè ferunt, ſi compares ſuæ, alijs iungantur, & pro hoc actu dimicant, præter hircum;*

Ferrarienſis inſtitutio.

Quamobrem inter Ferrarienſes inſtitutiones ſancitum eſt, ſi quis patiatur ſciens, & uolens uxorem eius, ab alijs uitari, per totam urbem ducatur, ut hoc probro uileſcat, ſuprà currum ligatus, caput hircinis cornibus redimitum habens. hæc ibi Braſſauolus, qui videns præter ea, quæ ſcripta ſunt in aſſertione 54.55.56.57. 58. & 59. faciendam eſſe diſtinctionem inter maris, & fœminæ pinguedines, atq; adipes, vario medicinæ vſui accomodatos. Senem monet Seplaſiarium, pinguedines marium (cap. de pinguedine) ſeorſum ſeruandas eſſe, à pinguedinib. B fœminarum, cum marium pinguedo, ſit calidior pinguedine fœminarum. Sed quicquid ſit de nobilitate, vel ignobilitate maris, vel fœminæ; accedamus ad alterum. Porrò, contendens Aduerſarius oſtendere apud bonos Authores, hunc eſſe legitimum loquendi modum: nullam, ſcilicet fieri diſtinctionem inter maris, ac fœminæ particulas; Medicum perſcribentem adipem, indifferentèr, illum maris, vel fœminæ, intelligere; Seplaſiarium, non teneri ſeiunctim aſſeruare in ſua apoteca, fœminæ adipem, ab illo maris, vt in aſſertionibus pręfatis aſſeuerauit, longe magis inculpandus videtur, quam Linacer, Galdinus, ac Phauorinus: quandoquidèm, hi omnes, apud bonos Authores, Galenum, Hyppocraté, Auicennam, Paulum, AEtium, Trallianum, Auerroëm alioſq; Arabicæ, ac Gręcæ medicinę principes, compererè oppoſitam, quam ipſe habuit in aſſertionibus, ſententiam; nec vllus vnquam extit, qui diſcrimen non agnouerit inter caprinum, hircinumq; adipem, inter capram, & hircum. ac vtriuſq; partes; De adipe n. hircino loquens Gal. 4. de ſymplic. medic. facul. 6. ſummoperè ob ſummam eius acrimoniam, atq; mordacitatem, in vlcerib. damnauit; De caprino loquēs idem 12. Meth. 1. per vocem τὸ αἴγειον, commendauit; De capra, & hirco ſcribens Pollux lib. eius 5. caprarum ductorem, hircum nuncupauit, ὁ δὲ τῶν αἰγῶν ἡγέμων D τράγος, propria dixit lingua. hircum intelligens, qui ἐνόρχυς dicitur, quiq; promtior, vt fiat ad libidinem (Ariſt. teſtimonio, lib. de gener. & corrupt. cap. 18.) extenuatur per aliquot dies, per alimenti ſubtractionem; pingueſcens etenim hircus, minus ob pinguedinem, obtinet ſeminis;

Verba, & ſententiæ diuerſę aſſertionum aduerſarii.

Refelluntur aſſertiones præfatæ.

Hircus qui.

Veruex.

Aries.

Veruex (vniuerſa inquit latinorum ſchola) ab inuerſis teſticulis dicitur, eſt enim mas inter oues, cui inuerſi, ſiue adempti ſunt teſtes: Aries vocatur, qui ad gignendam ſobolem integer aſſeruatur. hocq; differt veruex àb ariete, quod

Cantherius

E Cantherius ab equo. Maialis à Verre. Capus à Gallo. Caper ab hirco, (eſt namq; propriè caper, mas inter capras caſtratus, vndè Martialis.

Canterius. Equus. Maialis. Ver. Capus. Gallus. Caper.

Dum iugulas hircum factus es ipſe caper.

De diſcrimine partium maris, & fœminæ, in præfata ſpecie, loquens Gal. 1. de ſimplic. medic. facul. & vbi vbi de vtriuſq; pinguedine adipe carne, &c. diſſeruit, diuerſa ſemper vſus fuit in ſignificanda fœmina, ab ipſo mare, nomenclatura. Quòd ſi Virgilius ſcripſerit in Buccholicis. Vir gregis ipſe caper: ex omnium placitis, impropriè fuit loquutus, & caprum poſuit pro hirco: quarè videtur multiplici nomine, magis hucvſq; inculpandus Aduerſarius, quàm Linacer, atq; Gal. qui (tamèn eorum dixerimus pace)
F magis etiam quàm nos, ſunt inculpandi, quia haud rectè videntes, vocem τράγος, eſſe æquiuocam, ad libidinem, laſciuiam, caprificum, illam partē caui, ſub extremitate temporū, cui ἀντίτραγος opponitur; libicas quaſdam naues; pubeſcentem iuuenem (quem hirquitillum dicimus) piſcis ſpeciem quamdam; herbam dictam à nobis ſcorpion, ſpongiæ genus quoddam, pultim, & præter hæc omnia, tragum cereale ſemen, ac marem inter capras, qui ἐνόρχυς eſt dictus: minùs inquam, doctiſſimi alioquin interpretes, animaduertentes, vocis τῦ τράγυ æquiuocationem; quæ vox ſub citata 12. Meth. med. cap. 1. aſſeruatur orationis particula (in qua τῦ
G τράγυ χυλὸν, commendat ibi Gal. tragi videlicet cerealis ſeminis ſuccum, vel aliorum, quę huiuſmodi donata nomine, dyſentericis proſint:) hircinum, per caprinum, traduxère: & vox iſthęc τράγος, eiſdem in memoriam, reuocauit hircum; vndè denominatiuum hircinum: cum tamèn caprinum, ab ἀίγειοι vertere debuiſſent. Quòd autem tragos, dyſentericis opituletur (quatenùs videlicet eius appellatione accedit, alimentum frumentacei generis, cum ex tritici ſemine tragum fieri lib. 19. cap. 7. commonefecerit Plinius) Gal. libr. de euchimia proponit, dum inquit eiuſdem eſſe naturæ cum alica; & primo de alimentis vbi de Zea, Tipha, & Olira pertractat, his verbis confirmat. *Ex nobiliſſima au-*
H *tèm olira, ut decet excorticata ſunt, qui nominatum tragum conficiant, quo*
,, *pleriq; utuntur primùm in aqua coquentes, deinde ea effuſa, infundentes ſa-*
,, *pam, & uinum dulce, aut mulſam, quibus poſtea ſuperijciunt; & pineas nu-*
,, *ces, aqua præmaceratas, donèc plurimùm intumuerint,* hæc ibi Gal. ex cuius mente, quià præfata omnia cerealia ſemina, de quibus copioſè differit Plinius lib. 18. cap. 10. vim habent attemperandi acrimoniam humorum; hinc factum eſſe putamus, cur tragi ſuccum propoſuerit. eſt verò tragus, Plinio Authore, veluti χόνδρος, & ἄλιξ. *Tragum* (dixit Dioſcor. lib. 2. cap. 8.) *habere quamdam balicæ*

Vox τράγος æquiuoca ad multa.

τράγος alimentum generis frumentacei prodeſt dyſentericis.

τράγος ex Plinio quid ſit.

fingis figuram, multò minus, quam Zeam nutrire, quòd multum aceris habeat; & propterea ægrius confici, aluumq́; magis emollire. Cæterum, & A

Τράγος herba à Dioſcoride citata.

Τράγον, *ſcorpion, nuncupatam herbam, dyſentericis prodeſſe. Dioſc. lib. 4. cap. 41. proponit. Eſt etiam inquit tragos, quam alij ſcorpion, alij traganon uocant, maximè in maritimis naſcens, palmum alta, aut amplior, fruticoſa, humilis, oblonga, ſine folijs, puſillis circa ramos acinis, rufis, multis, magnitudine tritici, acuto acumine guſtu multum adſtringente. Racemorum acini decem, ex uino potu cœliacis, & fœminis fluxione uuluæ tẽtatis, auxiliantur, traduntur, à pleriſq́; & in paſtillos digeſti aſſeruantur, quibus utuntur cum opus eſt.* quam eamdem ſententiam, repetens Plinius; dyſentericis, & ſanguinem excernentibus opitulari confirmat. qui differẽs

Τράγος ſpongiæ genus ex Plinio.

de Trago ſpongia. Tragos appellauit lib. 31. cap. 2. durioribus è maribus ſpongias, tenuisſimis fiſtulis, atq́; denſisſimis, adq́; humida, & ſenilia vlcera valêre, conſcripſit, valentèr adhùc ſiccare. B ſanguinis profluuiũ ſiſtere, mollire, abſtergere, mitigare, atq́; cõglutinare. Sed n. quià de neutro Trago viſus eſt Gal. habuiſſe memoriam: reuertamur ad inſtitutum; dicamuſq́; quod cum laudauerit in 11. Meth. med. ſuccum tragi, qui pultis eſt, allatas ob cauſas; caprinum propoſuit, non hircinum, propter eaſdem; quandò

Τράγος à Gal commẽdatus in dyſenter.

millies hircinus in vlcerib᷒ fuerit deteſtatus; & cõmẽdatus caprinus. Vndè doctiſſ. etiã tempeſtate noſtra Antonius Donatus Altimarus lib. de morbis particul. cap. de dyſenteria, inquit. *Quòd ſi dolor uehementèr urgeat, caprillum ſeuum; ut quod inter alia ſit dyſentericis utiliſſimum, quià, & facilius concreſcit, & inteſtinis iungitur, plurimoq́; tẽpore inhæret, nec habet acrimoniam, ut hircinum, Gal. auth. 1. 4. & 2. de ſimplic. medic. facul.* vbì Illuſtris quoq́; Hieronymus Mercurialis in adnotationibus ad citat Gal. lib. dicere ſolebat. *Caueant, qui hircino adipe in dyſenterijs utuntur.* ex quorum clariſſimorum Auth. ſententia, cum habeamus, caprinum in dyſenterijs prodeſſe; hircinum obeſſe, vel ſaltèm eſſe ſuſpectum, cõcludamus, omnib᷒ magis aberraſſe Apologiæ Authorem; erroriſq́; fuiſſe cauſam, tùm græcarum literarum contemptum (cuius gratia dicebat Alexander AEgius. C

Adeps Hircinus reprobatus ob ſuam acrimoniam ab Altimaro, & Mercuriali.

Si Græcè neſcis, corrumpis nomina rerum,
Si Græcè neſcis, malè ſcribis nomina rerum; D
Si Græcè neſcis, malè profers nomina rerum.)

tùm neglectam grauisſimorum authorum lectionem, ac de reſpõſione ad inanes illas aſſertiones hæc functo ſatis. obitèr tamẽn adnorandum, quòd herba reperitur quędam, tragium à nonnullis, & tragoceros à pleriſq́; appellata. quę folia habens ſcolopendrij, & & radicem raphani ſilueſtris, tenuem, ac candidam; hæc tàm cruda, quàm cocta dyſentericis commeſta prodeſt, quam forſàn licèt cognouerit Gal. quià aliud tragium, ac tragoceros exiſtit à trago. hinc eſt vt per tragi ſuccum, aliud quam tragij ſibi velit Gal.

Tragion herba tragoceros dicta dyſentericis prodeſt.

E *HOMERI Authoritas, ex Iliadum 3. pro nobis ad noſtram tutandam verſionem, citatæ vocis, αἰγείῳ ad caprinum defenditur: Vbi propriiſſimè Homerum fuiſſe loquutum, in nominum ſignificandis differentijs, quæ per ætatem; & ſexum ſpectantur, in caprina ſpecie; definitur; atq; ludibrij quoddam genus, quod per vtres exercebatur apud antiquos, ex Virgilij placitis aſſignatur.* Cap. X.

INVITAT Aduerſarij nunc nos, in ſua Apologia lectio; vt vbi veritate duce, magnorumq; virorũ authoritate, illatas omnes, & in philoſophia, & dictis logicę partibus (in quib⁹ eiuſdem nos accuſauit author) expurgare abſoluimus; eò ſermonem dirigamus hunc
F noſtrum, quò ſuum traducit, & ipſe. Dicens igitur. *Nec nobis videtur mirandum, cum adducas Homeri teſtimonium de ἄσκῳ ἐν αἰγείῳ nempè de vtre caprino, & confugis ad Poetas, ad probandam vocabulorum proprietatem, non .n. eſt hoc poetarum munus, videlicet propriè loqui, ſed potiùs methaphoricè, deſcriptiuè, & per ſimilitudinem, &c.* Noſtræ ſunt partes, Homeri præcipuè, hac in accuſatione defendere cauſas. Altius ergò deſumentes exordium, cum Poëtica ipſa, atq; rethorica è rationabilium doctrinarũ ſint numero, fieri minimè poteſt, vt abſq; ſumma ratione ꝓcedant; & quamquàm Poëtarum munus ſit methaphoricè loqui (cum Bacchum pro vino, & Cererem pro pane accipiant:) non tamèn inferendum, Poëtis amicam non eſſe verborum proprietatem, quandoquidèm aliud eſt methaphoricè lo-
G qui, & aliud vocum attendere proprietatem; cui tamèn quantùm Homerus fuerit addictus, hinc deſumatur. Antiquiores Græci (à ſubiecta non diſcedentes, caprarum, hircorumq; cõtemplatione) vbi in præſata animantiũ ſpecie tres, ab ætate, ac ſexus diſtinctione adnotarunt dari, differentias; has longè ſtrictius, & magis ꝓpriè, nomenclatura donauit Homerus, quàm illi; hi .n. appellantes, capras recentèr natas ἐρίφυς, intelligẽtes huius nomine, hœdum, & caprę fœtum μέχρι τριῶν, ἢ τεττάρων μηνῶν, trium .ſ. vel quatuor menſium. Homerus maiorem inſectatus proprietatem, & ratione ætatis, & gratiâ conſtitutionis corporis, recens natas,
H ἕρσας, hoc eſt vernas nuncupauit, quaſi verè naſcantur, & tunc temporis, caprarum fœtus roſcidi ſint, ac teneri, quemadmodùm nomen illud ἕρσαι, vndè, ἕρσαι, declarat, ac patefacit. Sicq; quò ad primam differentiam Homerus ſenſit, atq; ſequaces. Quò ad ſecundam, ſub qua anniculę aſſeruantur, nec non media in ætate conſtitutę, vbi ijdem Græci χίμαιραι, has appellarunt (cuius nomine Varinus Phauorinus, illuſtris Gręcarum literarũ author in ſuo magno comment. maiores natu viſus eſt intelligere, vndè, & Chimeræ deductũ nomẽ, ꝙ ſimilitudinẽ habet caprę, idẽ Homer.

Aſſer. 64.

Poetica, & rethorica è numero doctrinarum rationabilium.

Homer⁹ magis propriè loquitur quam alii Græci.

Chimera vnde vocata.

H 2 à maiori

à maiori ductus ꝑprietate *μεσσάδας*, *καὶ μεσάσσας*, hoc eſt medias inter recens natas, & anniculas nuncupauit, à voce *μέσος* nomenclatura deducta. Tandèm quò ad vltimam differentiam, reſpicientem ſexus diſtinctionem, vbi reliqua Grecorum ſchola, mares *τοὺς τράγους*, & *ἴξαλους* appellitauit. Homerus *πρόγονους*, hoc eſt progenitores authores, & aliorum indiuiduorum parentes, (quos hircos nos dicimus) vocitauit. Quarè maiorem, alijs omnibus cum inſequutus fuerit Homerus vocum ꝑprietatem, haud vitio dandum eſt nobis, qui Homerum pro teſtimonio, ad noſtrã tutandam verſionem, adduxerimus. Nàm, & in Odiſſea, vt videre eſt, *τὰ μὲν τέλεια πρόγονους* appellauit, *τὰ δὲ μετὰ ταῦτα, μεσσάτασας, τὰ δ' ἔτι νεώτερα, ἔρσας*, cum tamèn alij (vt dictum eſt) ſub vna contentas differentia *τράγους*, & *ἴξαλους* nuncuparint, ſub ſecunda *χίμαρας*, atq; ſub prima *ἐρίφους*. Ex quibus cum ſatis ſuperq; conſtet, noſtrum Poëtarum Coripheum, maiorem cœteris inſequutum eſſe proprietatem, hanc haud dicendum neglexiſſe Homerum, methaphoricè item fuiſſe loquutum, ac largè (vt quandoq; inquit vir doctus) ſed ſtrictè, & propriè, quemadmodum, ex anteacta colligitur doctrina, & in ſcientia decet demonſtratiua. Omni etenim commune orationi cum ſit, vt audientem ſciere faciat, aut rem, vel loquentis animum, qui fieri poteſt, vt per improprias voces poëta doceat? Volunt docere, & delectare poëte, canebat Horatius. Poëtarum itaq; eſt, non ſolùm methaphoricè loqui, ſed proprijs vocibus reddere res ipſas, non ſolùm quæ ſunt, verùm etiam, quæ non ſunt, quaſi ſint, & quomodò eſſe vel poſſent, vel deberent. Vndè in rerum, & nominum imitatione, poëtam verſari maximè decet, quam veritatem animaduertens doctiſſimus Iulius Cœſar Scaligier 1. ſuę Poëtices libro, Poëtæ dixit nomen, non à fingendo, ſed *παρὰ τὸ ποιεῖν*, hoc eſt à faciendo eſſe impoſitum, videtur enim veluti alter Deus res condere, & fabricare. Hac igitur lege, qua impropriè loquutus ſit Homerus, minimè accuſandus eſt, tanquàm illius adduxerit teſtimonium, Phauorinus: cum, & ipſimet Iuriſperiti, in ſuis digeſtorum libris, poëticos verſus frequentiſſimè adduxerint, & in titulo de gradibus, verborum ſignificatione, ad legem Aquiliam, & de rerum ſignificatione, ſexcenſis in locis, poëtarum accerſiti fuerint teſtimonia: vndè, & in decretis, Virgilianum carmen, ex Georgicis manet, inſculptũ Auguſtinus, Hieronymus, atq; Lactantius, tria Chriſtiani Orbis lumina, innumeris poëtarum authoritatib', ſuos referſẽrunt libros. Paulus ad Titum ſcribẽs, Epimenidis carmen vſurpauit. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua*.
& in Areophago apud Athenienſes diſputans, Aratum poëtã adduxit

Triplex differentia ſpeciei caprinæ.

Omni orationi quid ſit commune.

Poetæ nomen vnde dictum.

Poetarum teſtimonia ab antiquis approbata.

A B C D

E duxit teſtem. Et an non adducendus à nobis Homerus?

Septem Vrbes certant; de ſtirpe inſignis Homeri, — Homeri patria.
Smyrnia, Rodos, Colophon, Salmin, Ios, Argon, Athenæ.

nec pro Homero à quo tantá in Græcarum literarum cognitione recepimus, nos certabimus? benè igitur adnotauit citato nunc libro doctiſſ. Scaliger. agreſtis hominis eſſe, & aſperó ſupercilio donati, qui poëtarum auſi ſunt lectionē damnare, lectaq; ad ſententiarum comprobationem minùs afferre, & allata negligere. Sed quicquid de poëtarum ſit lectione, hoc firmum, ratumq; eſt. Homerum, nullius diſciplinæ, quantumlibet remotę (vt Author eſt Valerianus lib. 34. ſuorum Hieroglyphic.) fuiſſe neſcium: vtq; adF dit Volaterranus lib. 17. ſuæ Antropologiæ. *Quemadmodum ex Oceano, fluminum uis, fontiumq; curſus capit, ſic Homerus omnibus eloquentiæ partibus, ortum, & exordium dedit; quam nemo in magnis ſublimitate, neq; in paruis, proprietate ſuperauit*, hæc de Homero, Volaterranus. Verùm properemus ad alia: Eruditus ergo Aduerſarius, vbi nos accuſauit, quòd Homerum pro teſtimonio adduxerimus, eiuſdem Homeri defendens partes, circa verſionem citatæ vocis τῦ ἀγγειῦ: ad hircinum contendit eſſe vertendum, & inquit. *Homerus per utrē caprinum intellexit utrem confectum, ex corio indifferenter, uel capræ, uel hirci, uel potius, & hoc fortaſſe eſt ueriſimilius, intellexit utrem illum confectum eſſe ex corio hircino, quandoquidem hirci corium eſt denſius, habet poros magis adſtrictos, eſt ſiccius, eſt durius, & magis reſiſtit penetrationi rei huG midæ, quàm corium capræ fœminæ.* Atq; hæc eſt vna ratio à duritie, ſiccitate, atq; pororum adſtrictione deſumpta: aduerſus q̃ erubeſcentes reſponſionē afferre, epilogo concludamus: (abſq; quod Homerus hùc ad nos reuertat, è campis Eliſijs) pellem illam, vel corium aptius eſſe ad vtres conficiendos, quòd denſius, durius, ac ſiccius exiſtit; ſed ſic eſt, quod capri, vel capræ corium eſt huiuſmodi; quarè hoc ad conficiendos vtres præſtantius. Maior cum ſit Authorum Apologiæ: minor authoritate, ac ratione firmatur. hac quidèm, quia, & caper, & capra, cum diutiùs hirco viuant, abſtineantq; magis à venere (caſtratus.n. non appetit, & fœmina minus libidinoſa eſt, quàm hircus) hinc ſequitur, quòd ob vitæ lonH gitudinem, abſtinentiamq; à venere, & capri, & capræ corium, ſiccius, durius, & denſius exiſtat, quàm hirci: exiccatum etenim, ob ætatis longitudinem; ad quam hircus minimè deuenit ob ſuam ſalacitatem, & denſius, & durius euadit, ſicq; magis idoneum, ad vtres conficiendos. Cœterùm quantùm ad laxitatem faciat cutis, mollitiem item, ac raritatem, vitæ breuitas, atq; laſciuia, cum ſatis pateſcat, & pudeat nos, in caprina hac lite, de hircino corio diutiùs immorari. Concludamus ex Varini Phauorini ſententia.

Homeri laudes à quibus narratę.

Aduer. 65. Rationes Aduerſ. contra allatam verſionem vocis τῦ ἀγγειῦ.

Reprobatio dictæ rationis.

τράγειν & αἴγειν, quid apud Phavorinum.

quòd veluti, huiuſmodi vox τράγειν apud Græcos, pellem ſignificat hircinam, ſic caprinam denotat αἴγειν. ità vt Homerus, ex rei veritate per ἀσκὸν τὸν αἴγειον, intellexerit caprinum vtrem; eoq; magìs cū Ioannes Pierius Valerianus X. ſuorum Hieroglyphicorum, ſcriptis mandarit, quod cum Capra Baccho maſtaretur (quòd beſtia, quæ morſu peſtilenti, vitibus maximè nocet, immolata Deum vitibus conculcaret) vtres ex capræ corio conficiebantur, tùm ad vinum deferendum, tùm ad Aſcolia, quæ erant in vtres ludibriū quoddā, quo ſaltatores ſuper tumefactos vtres, per humum Baccho imolantes diſpoſitos, ſaltationib' laſciuirēt, & abſq; vllo incommodo præcipites fallerētur, atq; in terram cōciderent, vbi effuſum omnium excitarent riſum, de quò forſàn ludibrij genere loquens 2. Georg. Virg.

Mollibus in pratis, unctos ſaliere per utres.

Iuculentèr conſcripſit: & licèt tàm ex hirci corio, quàm capræ vtres confici poſſent; attamen quià ad id genus ludibrij, & ad vinum deferendum, præſtantius videt caprinum, quippequod hircinum ſit aſperum, & glabrum, vndè παρὰ τὸ τραχὺ δέρμα ἔχειν, quòd.ſ.pellem habeat duram, dictus eſt τράγος. & ratione, & authoritate decretum ſit, non ſolùm optimè verſam eſſe dictionem αἴγειον, caprinum; ſed ſummum Homerum, per vtrem factum ad deferendum vinum (quò pax inter Græcos, & Troadas ſtabiliret, per Menelaum, & Paridem ad monomachiam, ſingulareq; certamen deſcendentes, vt quis eorum victor extiterit, in pace Helena potiretur, totaq; Lacedemonia) vtrē intellexiſſe caprinum. Quocircà falſa omninò videtur illa Aduerſarij ſententia, in qua concludens inquit. *Atteſtantur hoc coriarij omnes, artifices, & præſertim cerdones, qui coturnos ſuunt, & dicunt quòd coturni cōfecti ex corio hircino, non penetrantur, aut imbibuntur ab aquis ita facile, ut ij qui ex caprarum fœminarum corijs conficiuntur, &c.* De quorum præclariſſimorum virorum authoritate, quid nobis, qui Homerum pro teſtimonio adduximus, eſſet dicendū, quid omnes intelligunt, dicamus longè magìs à ratione alienum eſſe, cerdones conſulere, aut artifices, q̄ poëtarum minimum, deſcriptiuè etiam methaphoricè, & per ſimilitudinem alloquentem. ſicq; omnis cum ſit euacuata calumnia, circa allatum pro nobis Homeri teſtimonium, deueniamus ad alia.

Hirci corium cur ineptum ad conficiendos vtres.

Aſſert. 66. & Aduerſarii Authores.

QVID *per χρόμματα τὰ χαρτὰ καλούμενα, apud Galenum ſit intelligendum in 12. Meth. Med. tùm ex aliorum, tùm propria explanatur ſententia, ſumpta occaſione ab aſperrimo medendi modo, ab Apologia Authoribus approbato. Cap. XI.*

NOMINALEM

E NOMINALEM, at minùs iniucundam ſectantes in præſenti, doctrinam; noſtrę ſunt partes modò; ex ſubminiſtrata occaſione, reprobati cuiuſdã medẽdi modi ab ipſo Gal. approbatiq́; ab Aduerſarijs, ſub his ipſis verbis: in aſſert. 73. *Nonnè legiſti apud Gal. 12. Meth. Med. cap. 1. qui non damnat, in robuſtioribus tamèn uiribus, medendi modum illius, quem refert inquiens. Quidam autèm ut ſibi eſt uiſus, generoſè dyſentericos, uehementiſſimo medicamento curans, multos uno ſanauit die, quoſdam uerò iugulauit; Erat autèm eius medendi ratio huiuſmodi, cæpas id genus, quòd Græci carton uocant, uno die comedandas cum pane dabat, tùm potum parcum, poſtridie uerò mane muriam acerrimam, per inferiora*

Aſſert. 73.

F *infundebat, ſecundùm hanc etiam pharmacum ualidum, his igitur tolerandis, quicumq́; ſufficere potuerunt, ſunt prorſùs ſanati.* Vt videamus primùm quomodò allata ſententia omninò ſit manca: nec ex Galeni conſilio, præfatus medendi modus approbetur: Quod igitur ad primum: certè ſcribens immediatè Galenus. Aliqui verò conuulſione, aut animæ ex dolore defectu, ſeu ſyncopa ex dolore, vnà cum madore cutis oborto, interiêre. allata, pro aduerſario ſententia, manca eſt; id quod authores, minùs decet, committere, vt Galeniana eorum videatur doctrina: Quò ad ſecundum, Galenum, minùs approbare, relatum medendi modum, inde pateſcit; quòd intentus, tùm dolori, tùm virium

Allata ab Aduerſ. ſententia manca eſt.

G ruinæ (vtì in paradoxo dicebamus) inquit, oborto cutis madore, ex ſyncopa, atq́; animæ ex dolore defectu, eos interire, qui eiuſmodi medendi genere vtebantur: ità vt, pro rei veritate Galenus non eos commendet, qui præfatum cœparum genus in dyſenterijs curandis adminiſtrabant, ſed eorum potius damnando referat ſententiam. Sed quicquid, de re medica, in præſenti ſit; videamus, quid ſibi voluerit Galenus, per τὰ χαρτά χρόμμυα, à Græcis vocata. Noſtram igitur afferentes ſententiam, non (Deum teſtamur) Hieronymo Mercuriali, viro vndequaq́; eruditisſimo, ac in Græcis literis conſumatisſimo, aduerſandi ergo. Sed vt vbì Linacro, atq́; Galdino, datum

Gal. in allata ſententia quid faciat.

χρόμμυα Τὰ χαρτὰ apud Græcos quę.

H à nobis eſt vitio, quòd minùs bellè interpræt ati ſint dictionem, τὸ ςέαρ ἄγχιον, conſtet in præſentia, vtriq́; dandum eſſe laudi, qui τὰ χαρτά, χρόμμυα καλέμενα, optimè traduxerint. Illuſtris Hieronymus Mercurialis, qui fœlicitèr ſemper in ſuorum diſcipulorũ grã nodos quoſcumq́; diſſoluere, fuit aggreſſus; videns in rei veritate, vulgarium medicorum ſcholam, haud intelligere, quid ſibi voluerit Galenus per vocem χαρτὸν, ſic lib. 1. variarum lect. cap. 4. fuit teſtatus. *Galenus ipſe in medicos nonnullos inuectus* (& hinc colligat, quantum pro Apolog. Auth. Gal. adduc-

Illuſtris Mercurialis interpretatio.

ta faciat authoritas) *qui generoſa remedia importunè adhibentes, ægrotos iugulabant: quemdam narrat, dyſentericos ualido quodam præſidio interdùm iuuaſſe, interdùm necaſſe; modum uerò illius curationis, ita ſuiſſe tradit.* χρόμμυα τὰ καρτὰ καλούμενα, μετὰ ἄρτου ἰδίου ἐσθίειν, καὶ πίνειν ὀλίγον ἡμέρᾳ μιᾷ, *quo in loco interpretes, Græcos codices uulgatos ſequuti, cæpas cartas uocatas traſtulerunt;* ſiue, vt propria interpratum referamus verba, cœpas id genus, quæ Græci carton vocant, vertêrunt: Hanc igitur verſionem, emendans vir excellentisſimus, quià apud nullos authores, genus vllum cœparum ita vocatum inuenit, textum eſſe corruptum, & pro καρτὰ, vel χνίδια, vel χρητικὰ, legi debere aſſeuerauit. Afferenſq; ſuæ lectionis ſententiam, inquit eiuſmodi ſic vocatas cœpas, antiquos habuiſſe, quemadmodũ Theophraſtus textatus fuit, ac Plinius: Atq; his claudit Ill. viri ſententia; à qua tñ diſcedens in ſequenti, alteram vti meliorem afferés, inquit: quòd quià Plinius ſcripſit lib. 20. cap. 5. cœpas coctas, dyſentericis medicos dare conſueuiſſe, χρόμμυα τὰ κοιλὰ καλούμενα, legendum eſſe, & nouæ huiuſce ſententiæ afferés rationem, ait: Galenum vulgatum Romę nomen literis exarare voluiſſe, quòd alibi identidem feciſſe, nemini ignotum eſſe, fatetur. Cæterùm, an veritati conſona, vna vel altera, Ill. viri, exiſtat lectio, hinc deprahendaẽ. Cum inter cœparum genera, vel ipſomet Plinio, ac Theophraſto authoribus, ſint quædam, quę capita obtinent magna (veluti Strabo lib. 16. viſus etiam fuit ſentire, ſcribens, quòd Aſcalonenſium regio, præcipuè fert cœpas, quæ optimæ ſunt, magnæ; & rotundisſimæ, & capita habent magna) ſentimus nos, Galenum, nomine καρτὸν, intellexiſſe, id genus cœparum quod magnum, & rotundisſimum eſt; quodq; capita habet magna: καρτὸν n. capitatum (à voce καρή nomenclatura deducta) ſignificat; vt propterea cum apud eundẽ Plinium lib. 19. cap. 6. cœparum alię ſint, quæ capite craſſeſcunt, aliæ verò, quæ minus, quas Getias appellant ijdem, Gal. per χρόμμυα τὰ καρτὰ καλούμενα, ex ſententia illius carnificis, qui plurimos vno die necabat, ſanabat paucos, capitatas cœpas intellexerit; Hancq; veram putamus Galeni, loci interprætationem, depromptam, tùm ex rei natura, tùm grauisſimorum hominum lectione; è qua hoc alterum, licuit adinuenire, quòd cum ex Theophraſti, ac Plinij authoritate, lib. capitib. q; cit: cœparum alia dentur genera, quorum folia ſingulo vere, creberrime tonduntur, vt ſcilicet eorum capita incraſſeſcant; (ſic etenim vegetabilium omnium craſſeſcunt partes inferiores, cum ſuperiores abraduntur) ex eò quia nomẽ illud καρτὸν apud Grecos, tõſum ſignificat, rati eramus, ꝑ χρόμμυα τὰ καρτὰ illud cœparum genus ſignificare voluiſſe Galenum, cui Romæ, & folia, & comæ,

Mercurialis legit per καρτὰ, χνίδια, vel χρητικὰ.

Propria auth. ſententia.

καρτὸν apud Græcos capitatum apud latinos.

E come (vt capita incraſſeſcant) tonduntur, quandò ea vox κάρτον apud Græcos tonſum ſignificat. Cœterùm quia Plinius idem, ac Theophraſtus Schiſton hoc appellāt, recedentes, & nos ab hac poſteriori ſententia, priorem inſectandam putamus. κάρτον, tonſum ſignificat.

EADEM ratione, qua Aduerſarius decreuit taurinum, hircinumq; adipem comparatiuè ſtatutum fuiſſe à Gal. 4. de ſimplic. calidum, igneum, & acrem, abſolutè hunc talem eſſe monſtratur: Galeniq; interpretatur ſententia, de pinguedine, q frigiditatem atteſtante in corpore. Cap. XII.

F COLLIGENTES, quæ ſparſim hinc indè in ſermocinali ſcientia, dicta ſunt ab Apologiæ Authorib', aduerſus noſtram paradoxā concluſionem; duæ occurrunt aſſertiones, in præſenti enucleandæ, quarum prima ſpectat, ad naturam comparatiuorum; ſecunda ad coniunctionem Nam: vtraq; tamen contemplatione indigna; ac in philoſophicis his exercitationibus, vt exiſtat appicta; quæliſcumq; tamen ſit, Galenum ſectantes, perpendamus. ſcribunt igitur. *Vndè quod Gal. comparatiuè fuerit loquutus de adipe hircino, aſſerens hunc eſſe acrem, & igneum, reſpectu emplaſticorum medicamentorum, quæ omni carere debent acrimonia, Caldinus fidiſſimus Gal. interpres in 4. illo de ſimplic. 6. declarat per illam dictionem nam quæ cauſalis eſt coniūctio;* Aſſert. 97.

G *quæ licèt ſit maximi momenti, tamen à te prætermiſſa eſt, uel neglecta. Non enim adeps hirci, aut tauri, calidus, acris, & igneus eſt ſimpliciter quoniam, & à Gal. & Auic. & ab omnibus medicis creditur, quòd pinguedo atteſtetur ſuper totius corporis frigiditatem.* Contra primam igitur aſſertionem inſurgens veritas, ſubſtinet haec; quod cum Galeni conſilium citato nunc loco, ſit rimari eſſentiam emplaſticorum medicamentorum; quę cuiuſcumq; ſint generis, ſiuè .ſ. exactè terrea, & ſicca, ſiuè viſcoſa, & lenta, aqua, terra, aëreq; permixta, omni carere debent acrimonia, atq; mordacitate. hinc fit, quòd hircinus adeps, vtraq; cum non careat, inter emplaſtica medicamenta enumerari non poſſit: ea enim, Galeno Authore 14. Meth. Med. cum ſint quæ corporis meatus obſtruunt, oppilant, obturant, conſtipantq; ab ἐμπλάττω (quòd eſt obſtruo, oppilo, infarcio, oppleo, impleo, locum viceratum in integrum reſtituo, quod inducere nos appellamus) deducto nomine: hircinus adeps, quia ob ſuam acrimoniam, atq; mordacitatem præfata non poteſt præſtare; propterea concludens ibi Galenus, inquit. *Nam tauri ſanè, & hirci pinguedo acrimoniam, multam, & igneam poſſedit*, &c. quaſi dicat, ſecluditur ab emplaſticorum medicamentorum natura, hircinus adeps, quia acrimonia, & mordacitate non caret, quibus ta- Aſſert. 98.

H Emplaſtica medicamenta quæ ſint.

mèn

Gal verba in ſylogiſticam formam redacta.

μὲν τὰ φάρμακα ἐμπλαστικά debent carere. ſed in ſylogiſticam formã Galeni verba reducamus. habet cap. 6. citati lib. preceptor. A Quęcumq; pinguedines, non dum vllam nactæ ſunt acrimoniam emplaſticam, & illinendi poros obtinent facultatem, eamq; tantò efficaciorem, quantò ſicciores, magiſq; terrenę fuerint: hæc ſit maior, quæ ſequitur minor. Nàm tauri, ſanè, & hirci pinguedo acrimoniam, & multam, & igneam poſſidet, bouis autèm capręq; minus, &c. ergo tauri, hirciq; pinguedo, emplaſticam non obtinet facultatem. Hocq; Galeni ſtante conſilio, quis dicere auſus erit, comparatiuè, non abſolutè, de hircini adipis acrimonia, atq; igneitate loquutum eſſe Galenum? Verùm rem diligentius ſpectemus: ſentit, qui rationalibus diſciplinis diù operam nauauit, Galenum fuiſſe loquutum comparatiuè, de adipibus quibuſdam, tauri ſcilicet, & hirci, in comparatione emplaſticorum medicamentorum; quę quià omni debent carere acrimonia, adipeſq; prefati non carent, hinc infert, vigore illius coniunctionis, Nàm, taurinum, hircinumq; adipem, acrem, & igneum, comparatiuè fuiſſe ſtatutum. At, Guarinus ille Veronenſis, grammaticorum coripæus; & nos, qui eiuſdem ſectati ſumus veſtigia, oppoſitam tutantes ſententiam, decernimus illius met coniunctionis vi, abſolutè Galenum loquutum eſſe, de natura emplaſticorum medicamentorum (ſcribentem, hæc omnia carere debere acrimonia) & de natura taurini, hirciniq; adipis, (igneum, acremq; atq; mordacem, ſtatuentem vtrumq;) noſtræ verò ſententiæ ratio, hinc pendet. Coniunctio Nàm, à Galdino conuerſa, cum ſemper non ſtet ſub determinata ſpecie, hoc eſt, non ſemper ſit cauſalis (vt aduerſarius intendit) ſed aduerſatiua; quatenus videlicet habet vim aduerſandi (velutì in Galeni citata oratione, dicente, *Nàm tauri ſanè, & hirci pinguedo, acrimoniam multam, & igneam poſſidet, Bouis, autèm capræq; minus, &c.*) non conſtat, quomodò poſitiua iſthæc loquutio, ponens nobis prę oculis, caliditatem, igneitatem, & acrimoniam vtriuſq; præfati adipis, comparatiuam faciat Galeni ſententiam, cum re vera aduerſatiua ſit, antecedenti orationi, ac propoſitioni: in qua decernens Galenus emplaſticorum medicamentorum naturam; quatenùs huic aduerſatur, taurini, hirciniq; adipis eadem, immediatè ſubdit. *Nàm tauri ſanè, & hirci pinguedo, &c.* quaſi dicat. Sed ſic eſt, vel atquì, tauri, & hirci pinguedo, acrimoniam, multam, & igneam poſſidet, bouis autèm, capræq; minus; ergo emplaſticorum medicamentorum naturam non ſapiunt. His accedit, quòd cum poſt dictionem Nàm, altera adſit, ab aduerſario omiſſa, quæ eſt, ſanè (habet enim Grecus contextus. ταύρου

Quòd Gal. abſolutè loquutus ſit de acrimonia, & caliditate adipis.

Vera interpretatio dictionis Nàm.

E μὲν γὰρ, καὶ τράγου πιμελὴ, δριμύτητα πολλὴν ἔχει, καὶ πυρώδη, hoc eſt, Nàm tauri, ſanè, & hirci pinguedo, &c.) cum peritisſimi quiq; Græcarum literarum profeſſores, decreuerint vocem, μὲν, ſeu quidèm, & ſanè diuidendæ orationis gratia, poſitam eſſe, poſt coniunctionem, Nàm, vt ſcilicet ſententia à ſententia, & membrum, ab orationis præcedentis membro, diſcindatur: nullo pacto, comparatiuam, dicendum eſt eſſe, Galeni orationem de præfatis adipibus, ſed aduerſatiuam cum priori loquutione. quemadmodùm non ſolùm ex orthographia licet addiſcere; ſed ex legibus ſancitis ad bonam faciendam comparationem: ad quam tria cum concurrant res comparata, res cui

Leges in facienda bona cõparatione.

F comparatur, & qualitas quam communē vtriq; eſſe oportet, hæc ſi penſitare velimus, tantùm eſt, vt comparatiuè loquutus ſit Galenus de natura emplaſticorum medicamentorum, ac adipum; vt abſolutam potiùs, de vtriſq; propoſuerit orationem, ſancientem emplaſtica medicamenta, ſiue calida, ſiue frigida, ſiue ſicca, vel viſcida ſint, omni carêre debere acrimonia: Taurinum verò, hircinumq; adipem, acrimoniam multam, & igneam poſsidêre, bouis autèm, capræq; minorem. Sed grammaticalibus his nugis neglectis, nullaq; habita ratione exemplorum, ciati pleni aqua tepida, & alterius pleni frigida, cum indigna ſint huberiori tractatione: veniamus ad caput alterum, aſſertionis nonageſimæ octauæ, dicamuſq; & Gal. & Auic. ſcribentes, pinguedi-

Sententia aſſert. 98.

G nem atteſtari ſuper totius corporis frigiditatem, tūc loquutos eſſe comparatiuè, non abſolutè: verùm differentiā aſſertionis ſpectemus in primis: Scripſit Apologiæ author, in antecedenti aſſertione, de adipe tùm hirci, tùm tauri; infert in præſenti, de pinguedine, dicitq; quòd à Gal. & Auic. creditur, quòd pinguedo atteſtatur ſuper totius corporis frigiditatem: quaſi idem poſsit inferri de adipe, quod de pinguedine ipſe inferendum decernit. Sed enim, quod pinguedo, non frigiditatem, & hanc abſolutè, vel primò, ſed humiditatem, atteſtetur; adeps verò ſiccitatem, Galenus 11. de ſimplic. exemplo ſuis, & bouis declarat. *Sus enim benè habitus, paſtuſq; multam habet pinguedinem, ob naturalem tem-*

Falſa illatio ab adipe ad pinguedinem.

H *peramenti humiditatem. At bouis, & capræ, & quæcumq; id genus cornigera ob ſiccitatem, adipem plurimum generant.* Hæc ibi Galenus qui clarisſimam afferens doctrinam, in quibus animalibus proueniat pinguedo, & in quibus adeps, apertè oſtendit, quam, vnum, ac alterum oleoſum corpus oſtendat temperiem: & proindè ridiculum eſſe putamus, à bonæq; logicę remotum præceptis, nō ſolùm aſſerere, pinguedinem primò atteſtari frigiditatem (cū humiditatem, ex Gal. demonſtret) ſed inferre, adeps hirci, & tauri

In quibus redundet pinguedo, & in quibus adeps.

Verba aſſert.

non

non calidus, & acris, eſt ſimpliciter; quia creditur, quod pinguedo atteſtetur ſuper totius corporis frigiditatem: quandòquidèm in alijs redundat adeps, & in alijs pinguedo; quę tamèn, quomodò caliditatem, vel cum adnexa humiditate, non frigiditatem, demonſtret, idem Galenus aphoriſmo. Ventres hieme, & vere, natura calidiſſimi ſunt, &c. oſtendit, ac in ſequenti orationis particula libri de ſimplic. patefacit. *Quæcunq; benè nutriuntur, ea omnia, aut pinguedinem, aut adipem obtinent, quę verò macilenta ſunt, malè q; nutriuntur, ſæpè omninò ne habere quidem, ſæpè verò paululum, idq; ſiccum, vt ægrè uti poſſis,* apparet. Iam verò, optima fiet nutritio, in corpore frigidiori? & vbi in quo frigiditas primò conſiſtit? Nutritio, & coctio, cum à calore procedant, non video, quomodò frigiditatem, pinguedo ab vtraq; procedens, atteſtetur, cum omnis pinguedo excalfactoriam, & humectatoriam habeat facultatem, vt ob id nonniſi, in calidioribus, & humidioribus poſſit produci. Sed quid ad Galeni dicendum authoritatem? habens igitur Galenus citato capite. *Frigidioris autèm temperatur indicia, ſunt pilorum carentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tangentibus obuiat*, quî fieri poteſt vt loquens hic comparatiuè Galenus, abſolutè frigiditatem, per ea inditia, demoſtrari ſentiat aduerſarius? præterea cum non ſola pinguedo frigidiorem arguat temperaturam, quomodò ex medicorum omnium placitis, auſus fuit aſſeuerare, ſolam pinguedinem abſq; alijs, atteſtari ſuper corporis frigiditatem? præterea decernens Ariſtoteles 8. de natura animal. 6. pingueſcere animalia omnia, quibus venter calidus eſt, quiete, & immotione; quomodò in rei veritate, pinguedo abſolutam oſtendit in corpore frigiditatem, & non minorem calorem? Si etenim calidus venter, & hic incaleſcit ex contactu cordis, hepatiſq; præcipuè (ex quorum mutuo concurſu, totius temperamentum inſurgit) quî fieri poteſt, vt corpus, in quo pinguedo redundat, decernendum ſit frigidum, quod ne inſanus quidem producet? Ac ſi ſtare velimus cum ratione, quam pro Acchille habuimus; quomodò pinguedo, quę calida eſt, & humida, à frigido pendet? quæcumq; enim calida ſunt, à calido fiunt, non frigido; atq; hanc veritatem animaduertens Galenus 2. de temperamentis, apertè ſcripſit: *Natura calidioribus, otioſam, & delicatam uitam expertis, temperiem ad humidius conuerti, undè fit, adeps, & pinguedo.* Hæc ille, qui in ea particula maximè obſeruandus, in qua dixit, temperiem conuerti ad humidius quaſi calida, humidaq; temperies (quę temperata à nobis dr̃) ea fit, quam ipſa atteſtatur pinguedo, vt in ſuibus omnium animaliũ calidiſſimis, humidiſſimiſq; licet intueri. quamobrem, cõcluden-

Quod humiditas, & caliditas à pingued. atteſtetur.

Declaratio verborum Gal. ex lib. artis Medicinalis.

Totius temperamentum vndè fluat.

Galeni ſententia aduerſa verbis libr. artis medicinalis.

dum

E dum, moderatam pinguedinē, corporis abſolutè frigidi, quodq́; medij temperamenti præterijt terminos, nota non eſt, ſed temperati, vel vt aduerſario fiat ſatis, minus calidi, non abſolutè frigidi. ita vt Gal. comparatiuè in rei veritate ſit ibi loquutus: inquit in propria lingua ψυχροτέρας κράσεως σημεῖα· τὸ ἄτριχον, τὸ πιμελῶδες, τὸ ψυχρὸν ἁπτομένοις moderatæ namq́; tēperaturæ proijciēs ſigna in cap. 51. deueniens ad ſigna intēperatæ, ſtatim àc in c. 52. retulit calidioris ſigna frigidioris in ſequenti proponit. Cæterùm quòd in calidioribus pinguedo proueniat, audiatur Gal. 2. de temperam. 4. *Quicquid* (inquit) *in ſanguine pingue, leue, & tenue eſt, id in calidioribus corporibus, alimentum quoddam calido fit, in frigidioribus* F *ſeruatur: cumq́; id venæ extra ſe traſmiſerint, ubi in frigidas particulas incidit, quod genus membranæ ſunt, in ijs concreſcit, in adipemq́; uertitur, aut pinguedinem iuxta animantium naturam*. ex qua Gal. ſententia cum colligatur, non abſolutam frigiditatem, ſed minorem caliditatem oleoſum corpus oſtendere, ſcribatq́; Auic. lib. 1. fen. 2. doc. 3. cap. 3. *Pinguedinis autem, & adipis congelatio ſuper corpus minuitur, & augetur, ſecundum minorationē caloris, & augumentum ipſius*, decernamus pinguedinis copiam, minorem arguere caliditatem in corpore, defectum verò, maiorem; ſicq́; ſublata Galeniana cum ſit difficultas, quid de adipis, ac pinguedinis temperatura ſimpliciter, & abſolutè idem tradat Gal. ſpectemus.

Comparatiua Gal. loquutio.

Auicennæ pulchra ſententia.

G *EX grauiſſimorum authorum ſententijs decernitur, pinguedinem omnem in genere calidam eſſe, & humidam; differreq́; ratione ſexus, ætatis, & temperamenti. Cap. XIII.*

ET ſi uolumus, ueram dicti adipis, & aliorum ſimplicium medicamentorum, temperaturam cognoſcere, debemus confugere ad ea, quæ de ipſis traduntur, ab Authoribus approbatis, dum ſimpliciter, & abſolutè loquuntur, non comparatiuè. Nonageſimæ octauæ aſſertionis exiſtit particula. Huic igitur ſatisfacere in præſenti tentantes: Gal. 2. illo de ſimplic. medic. facul. author approbatus, ſimpliciter, & abſolutè loquēs, tùm in ge- H nere, tùm in ſpecie, de oleoſi cuiuſq́; corporis temperie. *Omnis igitur* (habet) *pinguedinis facultas, è humectatoria, & ex calfactoria humanorum corporum: At differentiæ, quæ ſunt cuiuſq́; ſigillatim, maioris, minoriſq́; ratione ſunt, Nam pinguedo ſuis, ut ad nos quidem, largius hume-* " *ctare poteſt, ſed non æquè excalfacere, ſicuti neq́; oleum; uerum pinguedinis* " *ſuum talis eſt caliditas, qualis ſpectatur in nobis. Porrò Taurorum adeps* " *ſuillo multò calidior eſt, & ſiccior, rurſum id memoria repetentibus nobis, marem fœminæ eſſe tùm calidiorem, tùm ſicciorem; marem autem caſtratum aſſimilari fœminæ, uelut quidquid iuuenilis eſt ætatis, & inter iuuentilia*

Particula aſſertionis 98.

Mas caſtratus aſſimilatur fœminæ in temperatura.

fœmina

fœmina mare humidior eſt, & minus ſicca: ſic, & adeps vitulinus, taurino minus tùm calidus eſt, tùm ſiccus, & hœdorum, quàm caprarum, ſed, & caprarũ, minus quàm hircorum, & rurſus taurorum, minus, quàm leonum. Nam horum adeps, omnium propè quadrupedum adipe potentius digerit, nam & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaq; ipſum mollientibus medicamentis admixtum, & phlegmonas conuenientibus immiſcens, non modo nihil adiuuaris, verum etiam læſeris, nimirum addita maiori, quàm conueniat acrimonia. Hac ibi probatiſſimus author qui proferens, adipem omnem, ſiue pinguedinem excalfactoriam, & humectatoriam habere facultatem, differentiam duntaxat ponit, in maiori, vel minori excalfactione, & humectatione, deſumpta, tùm ex temperatura animalium, diuerſe ſpeciei, tùm ſexus, tùm ætatis, & ratione animalium, & ratione adipis. ita vt, animalia diuerſæ ſpeciei, quæ calidum adepta ſunt temperamentum, pinguedinem producat calidam, quæ magis calidum, calidiorem, quæ calidiſſimum maximè calidam; exemplo deſumpto animalium ſpeciei ſuillæ, Caprinæ, & Bouinæ, necnon leoninæ. in quibus ſpeciebus, decernens mares calidiores eſſe fœminis, decernit etiam eorum adipem, atq; pinguedinem calidiorem, & magis ſiccam, pinguedine, & adipe exiſtere fœminarum; virorumq; tamen, iuniores, ſenioribus; tam adipem, quàm pinguedinem calidiorem, humidioremq; obtinere: & ipſum quoq; adipem, atq; pinguedinem recentiorem, minus tùm calidam, tùm humidam, antiquiori exiſtere. ita vt coparatio fiat à Gal. in præſenti, inter ipſam pinguedinem, maris, & fœminæ, ſpeciei vnius cũ altera, ætatis ſenilis, & iuuenilis, & adhuc recẽtis, atq; vetuſtæ pinguedinis: quàm tamen abſolutè conſiderans, calidam, & humidã eſſe decernit, ob acrimoniamq; in vlceribus, leoninam ſpeciem reprobat: quã eamdẽ acrimoniam, cum hircinus quoq; (licet minorem ſit adeptus) hinc fit, cur in dyſenteria minus conueniat. Cæterum quòd calida, & humida abſolutè pinguedo res ſit, Ariſt. audiatur, 3. de part. animal. cap. 2. & 4. de partibus animal. 5. vbi apertè ſcripſit. quòd pingue inter humida, cõmune ignis, & aëris eſt. Sed idem Gal. 4. de vſu, par. 9. duas afferens rationes, ad probandum pinguedinem eſſe calidam, primam ex ſenſu, quia vtimur illa pro oleo, adducit: ſecundam verò affert, quia citò inflammatur: Auicenn. tract. 1. cantic. parte 1. *Omne (inquit) habens dominium pinguedinis calidum eſt, & humidum;* ex quibus Auic. verbis clarè ſpectatur, quòd ſi habens prædominium pinguedinis calidum eſt, & humidum, ipſum quoq; corpus pingue. his accedit, quòd quia pinguedo, nec non adeps, in partibus redundat calore præditis, in ventre nimirùm inferiori, quem *ἐπιγάστριον* vocant, vbi plurimus eſt calor, pro abſoluenda ciborum coctione; in hepate, quòd poſt

cor

Galeni ſententia de adipis temperatura.

Adeps maris calidior adipe fœminarum.

Ariſt. ſententia de temperatura pinguedinis.

Auicennæ ſent. de pingued. tẽperatura.

A B C D

E cor, calidiſſimum eſt; in corde caloris fonte, in renibus, quæ ex viſceribus maximè pingueſcunt, calida non niſi abſolutè eſſe poteſt pinguedo. Calidum.n.appellantes philoſophi, non quod calorem habet, ſed in quo calidum præualet frigido, & quanto gradu præualet, tanto gradu tale eſt (vndè qualitas præualens contrariæ ſubiecto corpori tribuit denominationẽ; & ſi neutra alteri præualet, neutra tribuit, & corpus fit, æqualiter participans calorem, & frigus; quod non calidum, nec frigidum, ſed medium eſt) ex eo quià in adipe, atq; pinguedine, ac oleoſo quocumq; corpore (cuius ſpecies in exercitationibus medicis afferemus) calidum præualet frigido, & humidum adhuc inter paſſiuas qualitates, ſicco: corpus

Calidum quod dicatur à philoſophis.

F calidum, & humidum nuncupat. Et quamquàm huiuſmodi vox, calidum, frigidum quoq; ſiccum, & humidum, duobus dicat modis, abſolutè, & nõ abſolutè: abſolutè quidèm, cum ſolùm ad vniuerſam naturam ſuam collatum eſt; vt homo calidus nuncupatur, quòd in eo calidi portio exuperet. Non abſolutè verò, cum alteri comparatur, eiuſdem, aut diuerſæ ſpeciei; eiuſdem quidèm, vt ſi homo comparetur ad hominem, hircinus adeps ad caprinum, diuerſæ autèm, vt ſi homo comparetur ad leonem, hircinuſq; adeps ad leoninum, &c. quià tamèn Gal. 2. de ſimplic. cap. de pinguid. & adipe: abſq; vlla comparatione inquit. *Omnis (ergo) pinguedo excalfactoriam, & humectatoriam habet facultatem, &c.* hinc eſt, quod ea nobis

Calidum abſolutè, & reſpectiuè quod dicatur.

G ſemper fuit ſententia, quam adhùc deſinendam putamus, & 4. illo de ſimplic. med. facul. & vbi vbi, de hircino, caprinoq; loquutus eſt adipe, calidum, & humidum per ſe conſideratũ, hunc abſolutè decreuiſſe; in reſpectu verò ſexus, ætatiſq; comparatiuè, quemadmodùm ſuo loco decreuimus; & quià nulla cõparatio fieri poteſt inter emplaſtica medicamenta, quæ tùm calida, tùm ſicca eſſe poſſunt; & ipſum hircinum adipem qui propter acrimoniam excludit, non caliditatem (omni.n. emplaſtica pharmaca carere debent acrimonia) hinc fit, vt velit, non ita aduerſarius, vt abſolutè, calidus, igneus, acris, & mordax hircinus ſtatutus fuerit adeps, ob quam

Gal. ſententia de adipis abſoluta temperie.

H acrimoniam, iure dixit Gal. itaq; ſi ipſum medicamentis ad vlcera, & phlegmonas conuenientibus immiſceas, non modò nihil adiuueris, verùm etiã læſeris, nimirùm maiori addita, quàm conueniat acrimonia: vbi, licèt de Leonino Gal. loquatur, quià tamèn hircinus acrimoniæ expers nõ eſt; hinc fit, vt ſiuè comparatiuè, ſiuè abſolutè ſit Galenus loquutus in vlceribus, in dyſenterijs minùs conueniat. Sed quomodò hircinus adeps calidus, ſit, & humidus, non abſolutè ſiccus, præter Aduerſarij placita, clarius in ſequenti pateſcet.

EX

EX propria, atq; determinata animantis temperie, decernitur, nullo pacto hircinum adipem eſſe abſolutè ſiccum; ex diſcrimineq; temperiei maris, & fœminæ, diſcrimen commoſtratur in adipe utriuſq;. *Cap. XIIII.* A

HIRCINVM adipem (cuius gratia omnis in philoſophia, ac medicina, orta eſt, inter nos, atq; Apologiæ Authores diſcordia) calidum, & ſiccum abſolutè eſſe his verbis aſſeruit aduerſarius. *Verùm enimuerò, quæ exiccant, quid ut plurimum habent adiunctam alteram qualitatum actiuarum, nempe aut calefacientem, aut refrigerantem (undè in ulceribus neceſſum eſt adminiſtrare aut calida, & ſicca, aut frigida, & ſicca) frigida non competunt; quoniam frigidum ulceribus mordax; ergo calida, & ſicca: eiuſmodi temperamenti eſt adeps hircinus.* Cæterùm, huiuſcè viri aſſertio, num veritati conſona, Animantis, cuius eſt adeps, temperies demonſtrabit: ſic .n. decreuit Gal. 9. illo de ſimplic. medic. facult. aſſerens iuxta animalis temperamentum, hoc ipſum ſortitum eſſe, & adipem. Eſto igitur hirci nomine, intelligendum eſſe, caprarum maritum, vt alibi explicauimus. Animantis huius temperiem aſſerens idem 8. Meth. Med. cap. 8. vbi eorum docuit temperamentum, in quib. calidum prævalet frigido, & humidum ſicco hæc habet. *Maximè omnium putredinis morbis, hæc intemperies (talida .ſ. & humida) expoſita eſt; quòd per ipſam ſanitatem proximè ad putredinem accedit, velutì tùm ex ſudoribus* [illegible] *eſt, qui grauitèr his olent, tùm etiam ex urinis, deiectione, atq; etiam ipſa reſpiratione, ſiuè potiùs expiratione (nàm ἐκπνοῆς Græcus habet contextus) etenim, qualis eſt hircorum, talis eſt, & talium naturarum temperies.* atq; hucvſq; Gal. ex cuius doctrina, cum colligatur, calidam, & humidam temperiem putredinis morbis eſſe ſubiectam, hancq; ipſam, reperiri in hirco; quomodo eius adeps, abſolutè [illegible] ſit [illegible], non facile pateat, eoq; magis, cum Plinio Authore, Ioanne Pierio Valeriano, ac alijs, qui de re ruſtica ſcripſêrunt; tàm hircus, quàm capra, continuè videatur ſubijci febri, quæ nonniſi putredinis alicuius exiſtit indicium, proindeq; calidi, & humidi temperamenti. quod ſanè, [illegible] demonſtrant, [illegible] ſeminis in mare ac lactis in fœmina redundantia, ſanguinis conditio, pilorum copia, ac longitudo, vitæ diuturnitas, mores, & pleraq; innumera. [illegible] vt pateſcat ratio, ſeminis redundantia (vndè promptitudo ad venerem, quam innoxiè, tàm mas, quàm fœmina exercent) calidam, & humidam, oſtendunt naturam; quoniam cum ex ſanguine generetur ſemen, & ſanguis copioſiſsimus ſit (ſufficit enim ſeminis lactis, ac adipis generationi) nonniſi calida, & humida vtrinſq; eſſe poteſt temperies; quandoquidem, hæc etiam ea eſt, quæ ab immodico

Verba aſſertionis 78. & 79.

B

Aſſert. 79.

Galeni poſitio de adipis cuiuſq; temperie.

C

Hirci temperies ex Gal. qualis.

D

Signa calidi, & humidi temperamenti in hirco.

Qui Venerem innoxiè ferãt.

veneris

E veneris vſu, minùs labefactatur. Verùm in ſanguine perſiſtentes,
ac lacte, indubitatum hoc eſt, vtriuſq; dulcedinem, atq; iucundi-
tatem, calidam, & humidam animantis huius ſignificare naturã.
Nàm de ſanguine, loquens Gal. 3. de aliment. facult. ex Homeri
ſententia, iucundum eſſe in cibo aſſeuerauit. De lacte, haud am-
bigendum, calidum eſſe, & humidum. *Dulce lac, recenterq́; mulſum
(dicebat Iſaacchus AEbræus lib. de dietis particul. cap. 54.) calidum eſt,
quaſi à medio primi gradus, uſq; ad initium ſecundi, quod monſtrat eius ſa-
piditas, quæ ſapori ſanguinis eſt propinqua, faciliſq; eius mutabilitas, quæ
in ſanguinem mutatur, undè non minùs humidum eſt.* Calidam igitur,
& humidam, huiuſmodi animantium ſpecies, cum ſit adepta tem-
F peraturã, quò ad ſemen, ſanguinem, atq; lac: talem quoq; adeptũ
eſſe totum animal, minus verendum: & ſanè, quò ad lac, niſi cali-
dum, hoc eſſet, & humidum, haud fœlicitèr, in totius ſiccitatibus,
ac præſertim ventriculi, ex Gal. pręcepto 7. Meth. cap. 7. vteremur.
Pilorum copia, ac multitudo (qua mas, & fœmina ſcatet) quo-
modò calidam, & humidam vtriuſq; oſtendat naturam, Gal. lib.
artis medicinalis, & 2. de vſu partium, manifeſtè proponit: calidi-
tatem etenim, pilorum atteſtatur copia, humiditatem verò, lon-
gitudo, mollities, atq; craſſities, vt ex Auic. quoq; colligitur lib. 1.
fen. 2. doc. 3. cap. 3. Vitę longitudo, quam arguat temperaturam,
ex Ariſt. petatur lib. de long. & breuit. vitæ, necnon à rei natura, ac
veritate, quæ cum paſsìm decernat, calido animal, viuere, & hu-
G mido nutriri: porrò ni calìdum, & humidum huiuſmodi animan-
tis eſſet temperamentum, nullo pacto eiuſdem vita eſſet, in tanta
ſeminis effuſione, lactiſq; redundantia, ab huberibus deducta,
diuturna. Nàm ad octonos annos, & in AEthiopia, ad decimum
tertium viuere, lib. 8. commonefecit Plinius. Quod ſpectat ad
mores (quos à ſubſtantiæ temperatura, dependere 2. de ſemi-
ne cap. 2. & lib. quòd animi mores, corporis inſequantur tempe-
ramentum, adnotauit Gal.) profectò, cum eiuſmodi animantis
ſpeciei, ducem paſtores non conſtituerint, ob lubricam, mobileq́;
naturam laſciuum, vagumq́; ingenium, ob vorandi auiditatem
hac illac tàm capra, quàm hircus curſitet, loco ſtare neſciat, è gre-
H ge prima omnium prodeat, per aures perinde, atq; per nares ſpi-
ritum emittat, & viciſsìm recipiat, oculis noctu ſplendeat, lucem
eiaculet, arroſa omnia comburat dentibus, vno anno coeat, ſem-
per febriat (vt ſi febris aliquandò deficiat, animal intereat, quod
dictu eſt, adeò intenſum, in eo eſſe calorem, vt ad eius defectum
intereat) frigidis paſcatur alimentis, alaterno ſcilicet, agreſti cy-
tiſo, iligneis, quernisq́; fructibus.

(Poſthinc digreſſus iubeo frondentia capris

Hircinus ſãguis iucundus in cibo.

Caprinum lac ſiccitatibus vẽtriculi opitulatur.

Animal, calido viuit, humido nutritur.

AEtas caprarum, & hircorum.

Animalium ſpecies nõ habens cuſtodẽ, & cauſa.

Alimenta caprinę ſpeciei.

Arbuta ſufficere. dicebat Virgil. A
Paſcuntur verò ſiluas, & ſumma Licæi
Horrenteſq; rubos, & amantes ardua dumos.
canebat Lucretius, qui minus etiam ſubticuit,
Quippe uidere licet, pingueſcere ſæpè cicuta,
Barbigeras pecudes homini, quæ eſt acrè uenenum.)
ac præter hęc omnia, ſpeciei eiuſdē acutus, oliduſq; ſit odor. Fir-
miſſimè decernendum, calidum in primis illam adeptam eſſe tē-
peramentum, num verò abſolutè ſiccum, vel abſolutè humidum,
Gal. his verbis aſſignat. *Capra* (habet 3. de aliment. facult. 2.) *ſui,*

Capræ temperamentum.

& homini comparata eſt multùm ſicca, bobus uerò humida. quod idem
repetens 2. de ſimplic. *Capram* (dixit) *reſpectu ouium, eſſe ſiccam, reſpe-* B
ctu bouum, humidam: ſicciorem ſue, ouem habere carnem; hac capram, qua
bouem, quo deniq; leonem. Ità vt facta comparatione ad diuerſa ani-
mantia, caprina ſpecies, nō ſempèr, & abſolutè ſit in paſſiuis qua-
litatibus ſicca, ſed etiam humida: quarè ſi tale eiuſdem eſt tempe-
ramentum, nullo modo aſſeuerandum ipſius adipem eſſe abſolu-
tè ſiccum, ſed facta comparatione cum ſue, homine, & oue: humi-
dum verò, cum boue, atq; leone. Sed n. de caprino adipe tàm ma-
ris, quàm fœminæ, priuſquam temperiem aſſignemus, repetamus
ex Gal. genericè, adipis temperaturam. Gal. ergo proponēs 11. il-
lo de ſimplic. *Adipem ſequi animantis temperiem*, ſcribit 1. de elemē-
tis 6. & 1. de temperamentis cap eodem. *Hoc genere ſanguis pituita,*

Galeni pulchra doctrina ad ſignificandam adipis temperiem.

adeps, uinum, oleum, mel, quicquid his ſimile eſt, humidum dicitur. & 2. de tē- C
per. 3. concludens ait. *Commodè igitur dictum ueteribus eſt, humidiſſimā*
eſſe adipem: & 1. de temper. vlt. textatum reliquit. *Cærebro autem*
ipſo adeps eſt humidior, cui concretio contingit, propterea quòd membranis
adiacet, craſſo namq; oleo eſt ſimilis, coq; congelatur, ubi cum frigidis, &
& exanguibus particulis coniungitur. Sed de adipis temperie, alibi
quoq; ad ſatietatem allata, ſatìs; colligat (ſi libet) vir doctus, fal-
ſiſſimum eſſe in medicina, aſſerere, adipem omnem genericè eſſe

Aſſertionis aduerſarii falſitas de adipis temperat. Gal. doctrina.

abſolutè ſiccum; Quòd ſi ad præfatę ſpeciei ſexum deuenire veli-
mus, equidem firmiſſimum, in eâdem medicina eſt, adipem ma-
ris calidiorem eſſe, & minùs humidum, adipe fœminę. *Porrò cali-*
dior ſemper, ac ſiccior eſt, maſculorum animalium adeps, & horum ipſorum D
exectorum, minus tum calidus, tum ſiccus, quippè mas caſtratus, eiuſdem
ſempèr generis fœminæ aſſimilatur: hoc autèm ſermonis caput commune eſt,
(11. de ſimplic. dixit) *cuius meminiſſe oportet, pro animalium tempera-*
tura, ſemper exiſtere differentias eius, quæ in illis eſt pinguedinis, aut adipis,
aut quocumq; modo libet appellare totum hoc genus corporis, in animantibus
oleoſi, & pinguis. hæc ibi Galenus, à quo, cum duo ſempiternę ve-
ritatis habeamus præcepta, ad dignoſcendam, adipis cuiuſq;
animantis

E animantis pinguedinem: concludamus, hircinum adipem calidiorem, & minùs humidum, caprino, tùm proptèr caloris copiā, tum laborem, ac vitæ genus exiſtere: ſic enim decreuit idem Gal. 3. de cauſis pul. 2. 2. de ſemine; 5. aphoriſ. 42. & 3. eorundem 62. vt propterea caprinus ſeu fœminæ adeps, minus calidus, & magis humidus ſit. Verùm quid de acrimonia, mordacitate, ac igneitate dicendum? Ad hæc breuitati ſtudentes. Secundarias has qualitates, inſequi primas, vel vt dixit Apologiæ author, propriā formam, eſt indubitatum; vt propterea cum forma complexionalis hircini adipis, collocata ſit in maiori caliditate, & maiori ſiccitate, quàm fœminę: complexionem maris inſequatur, minùs F autem fœminæ: Minori etenim junctæ humiditati hircini adipis caliditas, maiori verò caprini; igneitas, acrimonia, & mordacitas, in hircino acuit; ex quo poſtmodum fit; vt acrimoniæ, igneitatis, atq; mordacitatis, cum magis ſit particeps, in dyſenteria haud cōueniat; cōuenientiſſimus verò caprinus ſit, quia, & ocyſſimè cōcreſcit, & inteſtinorū morſus magis obtūdit. vt 1. de ſimpl. cap. 34. refert Gal. qui eandem referens ſententiam, quam 12. Meth. 1. apportauit. chondri, tragiq; ſuccum commendat, ceratum, adipemq; caprinum. Tantam verò ſequi in hirco caliditatem, præfatas ſecundarias qualitates; indè colligitur quod Archelaus, & Alcmeon, ardentiſſimā per aures, ac nares ſpirare animam, tàm hircum, quàm capram prodidère: indigens namq; G ſuprema hęc in vtroq; caliditas (ſed maior in mare, quàm in fœmina, allatas ob cauſas) continua euentilatione refrigerationeq; per inſpirationem, & expirationem celebrata; prouida natura, non ſolùm nares, & os excogitauit, ſed aures, quarum beneficio, mitigaretur, ac euentilaretur, ſed properemus ad calcem.

Adeps hircinus qualis.

Hircinus adeps cur reprobatus in dyſenteria.

Hircus cur ſpiret per aures ac nares.

DEFENDITVR titulus noſtri Paradoxi; explicatur quid illud ſit, quod in librorum uel operum initijs inſculptum uiſitur: ubi quàm abſoluta noſtra fuerit inſcriptio, quàm manca Authorum Apologia, ex Tituli, Periocha, Argumenti, Indicis, atq; Rubricæ uſu, & explicata eſſentia, innoteſcit. Cap. XV.

H RETROGRADO procedentes ordine, ſupereſt nūc; vt exploſis in philoſophia, bonaq; logica, atq; ſciētia, quę de ſermone eſt, aduerſariorum rationib', exēplis, & authoritatibus; ad ea traducamus hunc ſtilum, quæ ab aſſertione 93. vſq; ad 99. ab eiſdē ſunt ſcripta, tùm aduerſus noſtrę paradoxæ cōcluſionis titulū, tū verborū in eiuſdē corpore, aſſertionē. Grāmatici igr̃, Rethoris, Dialecti, Philoſophi, ac Medici fungens Apologiæ author officio. Exordiens à pen-

Aſſer. 93.

ſitatione inſculpti à nobis tituli. Incipiamus (dixit) à titulo tui A
paradoxi, vbì ſtatìm in primis verbis ais. *Hircini adipis in dyſentericis curandis deiectionibus, pretèr medicorum omnium ſententiam, qui*

Aſſer. 94.

eo aſſolent uti, rationibus, & authoritatibus improbatur uſus. Nos autem quid per dyſentericas deiectiones inſinues, haud facilè percipere poſſumus, ſcimus tamen dyſenteriam eſſe ulcus, & morbum in inteſtinis, deiectiones uerò in dyſeteria eſſe ſymptomata, &c. quouſq; cõcludat, *undè manifeſtè apparet, te commmuniter, & largo modo accepiſſe, & inſculpſiſſe titulum tui paradoxi, & non ſtrictè, & propriè, quemadmodum conuenit in ſcientia demonſtratiua, in qua ne ſynonimorum quidem uerborum admittitur uſus.* Hæc ibi ſeptuagenarius, cui in his quoq; vt fiat ſatis. Sciendum occurrit in primis, quòd cum in librorum initijs titulus apponatur, B

Ratio eorum quæ apponi conſueuerunt in libr. initiis.

ſiue inſcriptio, periocha, ſiue ſumma, vel argumentum, quò omnia in eis contenta, primò innoteſcant àſpectu. Titulus noſtri paradoxi adeò abſolutus eſt, vt vel maximè allato ſatisfaciat fini. Siquidèm illicò ad eius inſpectionem, innoteſcit legenti, noſtrum fuiſſe inſtitutum, hircini adipis vſum, in dyſentericis curandis deiectionibus, interdicere: quo ſanè adipe, cum omnium penè medicorum vtatur ſchola; hinc eſt, vt paradoxam dixerimus cõcluſionem, & hanc pretèr medicorum omnium ſententiam. Titulus ergo optimè hucuſq; ſonat: Et quoniam, dyſentericarum

Dyſentericæ deiectionis nomine quid intelligendum.

deiectionum nomine, accedit morbus in ſoluta vnitate, ſymptoma cõſequens morbum, nimirum dolor, atq; deiectio huic annexa; non minùs bellè ſonare videtur, quicquid in paradoxi cor- C
pore ſcriptum eſt, ac in ipſiuſmet titulo: vt ꝑpterea cum noſtrum inſtitutum ſit, hircinum damnare adipem, in morbo, atq; præfatis ſymptomatis: haud eſt, vt ſcribat aduerſarius in 96. aſſertione, communitèr, & largo modo nos inſculpſiſſe titulum noſtri paradoxi. Cœterùm, ſatius adhùc vt fiat ægregio ſeni; videamus quid verè ſit, tota illa oratio, à nobis appicta, in principio paradoxi, an ſcilicet titulus, inſcriptio, periocha, vel argumentum. Ab

Inſcriptionis definitio.

inſcriptione igitur ſumentes exordium, cum inſcriptio, vel titulus ἐπιγραφή à Græcis vocata, ab ἐπιγράφω deducto nomine, vel τίτλος, (vt diuo placuit Ioanni Euangeliſtæ cap. 19.) ſit vno, aut non multo pluribus verbis, compræhenſio, eius partis operis, cu- D
ius gratiâ, cæteræ omnes veniunt, ad conſtitutionem totius; ſum-

Summæ defin.

ma verò, περιοχὴ dictitata, compræhenſio paritèr, copioſioribus quidèm verbis, ſed non multis, eius operis partis, cuius gratia cæteræ omnes innoteſcunt. Argumentum autèm (ὑποκείμενον

Argum. defin.

vocatum à Græcis, ſubiectum à latinis) materia illa, quæ indicatur ab inſcriptione, ac titulo, ita vt, compræhenſio, vel indicatio ſit, potiorum capitum, atq; librorum, de quib' pertractat author:

porrò

E porrò breuitati intenti, id totum quod in noſtrorum ſcriptorum initio, poſitum eſt, inſcriptionis, ſiue Tituli, ac Periochæ, ſiuè ſummæ ſapit naturam: inſcriptionis quidem, quoniam gaudens hæc vno, aut non multò pluribus nominibus, redactis omnibus quæ à nobis ibi conſcripta ſunt, ſub Paradoxę concluſionis nomine; nulli dubium, tituli conditiones illud repræſentare: Periochæ verò, quia copioſioribus hæc contenta nominibus: ea omnia titulum inſequuntur, quę Periocham complent. erant autem. *Hircini adipis, in dyſentericis curandis deiectionibus, præter medicorum omnium ſententiam, qui eo aſſolent uti, rationibus, & authoritatibus improbatur uſus:* & licèt Titulum, Periochæ in noſtris ſcriptis pòſtpoſuerimus, addentes in fine, Paradoxa Concluſio. Ioſephi, &c. dandum id incuriæ
F eſt, tum mei ſcribentis, tum legentis authoris diligētiæ: iuxta cuius leges, dicendum forſàn erat. Paradoxa concluſio. in qua hircini adips, &c. Sed valeat, vana hęc contemplatio, dicamuſq́; obitèr, quod quia titulus breuis eſſe ſolet, hinc argumenti orta fuit neceſſitas, inde verò Periochæ (quemadmodum in omnibus licet intueri Galeni operibus, recognitis nuper ab Ill. admodum, & excellētiſſ. Hieronymo Mercuriali:) Videndum nunc, in dictorum aduerſarij gratiam, quo nomine cohoneſtanda ſint, quæcumq́; in initio ipſius ſcriptorum, inſpiciuntur appicta: Vt igitur pleniſſimè res habeāt. Scribēte eo. *Apologia, &c. in qua detegitur, quòd non perperàm agunt in medicina factitanda, non adminiſtrant remedia indiffe-*
G *rentèr, aut nullo conſilio, uel ratione moti. Non ſunt ſimplicitèr, uel communitèr practicantes, non empirici; Et demùm quod numquam cœcutierunt, neq́; cœcutiant in arte medica, &c.* In hanc firmitèr deueniendam putamus ſententiam. Titulum quidèm, eſſe; quo cohoneſtata eſt, aduerſariorum lucubratio. Nàm Apologia, vna complexa verbo, ſiue nomine, comprænhenſionem totius operis; cuius gratià cœteræ omnes veniunt, demonſtrat (venit autem defenſio, vel defenſiua oratio, ſiue potiùs offenſiua, ſi rectè animaduertātur, in ea omnia, quæ à nobis ſcripta ſunt in paradoxo:) cœterùm, quæ ſequuntur, Apologię nomen, indicem potiùs, dicendorum, aut elenchum repræſentare videntur, quàm Periochæ naturam, vel argumenti. Si
H .n. ſingula perpendantur, ſub multis, diuerſiſq́; titulis (quod indicis proprium eſſe videtur) conſcripta eſſe comperiemus; ſiquidē ſcriptum ibi ſub vno titulo eſt; eum cum aſſecla, non perperàm agere, in medicina: in altero, non adminiſtrare remedia indifferentèr, nullo conſilio, vel ratione: in alio, non eſſe ſimplicitèr practicantem, non empiricum, &c. & demùm numquàm cœcutire, vel cœcutijſſe, &c. vt propterea in indicis naturam, cum tota dictoru m ſcriptorumq́; Authoris Apologiæ ſeries vergat: meritò

Argumēti neceſſitas vndè orta.

Exordium ſcriptorum Aduerſarii.

Index eorum quæ in Apologia aſſeruātur.

index vocari poſſit, atq; hic maledicẽtiarum. Sed .n. clarior adhuc vt res ipſa reddat, quid index, quidue Barbarorum Rubrica, hac occaſione, ſint explicandum: Sic enim, quæ præponi conſueuerint antiqui, in librorum initijs; quæue neotherici, ante ſingula librorum capita, queuæ poſtponere, comperire tentabimus. Quod itaq; ad indicem, eiuſq; vſum, apponi hic conſueuit in lib. initijs, immediatè poſt titulum, atq; argumentum, licèt non raro quoq; in fine; vt vniuerſa diſtinctè, atq; ſummatim innoteſcant legenti; vndè meritò definitus eſt index (ἔλεγχος nuncupatus à Græcis) compręhenſio quædã diſtincta, atq; ſummatim facta, eorum omnium, quę in opere fuſiori oratione tractantur: quę definitio, cum ſatis per ſe pateſcat (comprahenſio .n. eſt genus ad Titulum, Periocham, & Argumentam; differentia collocata eſt, in genus inſectantibus particulis) dicamus obitèr, aberraſſe Ambroſium Calepinum, & Authorem illum Cornucopiam appellatum; vt qui videntes indicem vocatum à Græcis eſſe elenchum, vnanimitèr mandarunt ſcriptis, indicem appellari, cuiuſq; operis titulum, qui tamèn quãtum ab indice propriè differat, inde patet, quòd index (vt adnotauit Scaliger) ſunt multi, diuerſarum rerum Tituli, cuius proprium eſt, nuda dumtaxàt rerum variarum vocabula (quibus copioſiſsimis gaudet) afferre in medium: titulus verò (ἀπὸ τῆς τιμῆς, hoc eſt ab honore, qui per eum operibus impertitur, ab eodem vocatus) vnitate gaudet rerum, in operibus collocata, & ſita. & re vera, Index nil aliud eſt, quàm tabula, nuncupata à vulgo medicorum; cum tanquam in tabula rerum varietates exiſtant appictæ. Verùm quidèm eſt, quod vbì multi tituli, indicis tituli ſententias comprahendunt, ad argumenti naturam reducuntur; quæ adhuc ſententiæ, ſi breuioribus ſunt conſcriptæ verbis, periochæ ſapiunt naturam. prioris generis eſt, Tabula ad Gal. libros fabricata, ab Illuſt. Braſſauola Ferrarienſi: ſecundi verò tùm Plinianus index factus ab admodùm Reu. Fratre Ioanne Camerte, Theologo, ac Philoſopho, Franciſcanorum conſumatiſsimo: tùm Tabula illa, ad Ariſt. opera, Antonij Zimaræ. Cœterùm de Rubrica id cõmentatione dignum occurrit, fuiſſe in primis Barbarorum inuentum, vocatamq; eſſe Rubricam ſecũdò à rubro, quo adnotare ſoliti illi erãt colore. quemadmodũ tùm ab alijs, tùm potiſſimùm à Iuriſperitis, & ab vno Andrea Lacuna inter medicos excellentiſſimo obſeruatum comperimus, in ſua quadam epithome: quæ comprahenſio paritèr eſt diſtincta eorum, quæ in capitè deprehenduntur, ſed breuiori oratione, atq; paucitate verborum. De oratiuncula illa, capitib⁹ quibuſcũq; librorũ ꝓpoſita, id ſciẽdum occurrit, ꝙ veluti, ad legentium cõprahenſionem, facit librorum titulus,

Indicis vſus, & definitio.

Titulus vndè dictus ſit.

Index Medicorum eſt tabula.

Rubricę vſus & inuentum.

A B C D

E titulus,aut inſcriptio, ſic breuis illa oratio, periochæ naturam ſapiens,vel argumenti: Nàm quemadmodum in vniuerſali libri alicuius argumento, vniuerſalis ſubſternit materia, qua vniuerſum opus extat refertum; ſic,& in particulari,in quo tanquam ad primum,omnia in eodem contenta referuntur. Atq; his hunc in modum conſtitutis,redactiſq; ad tituli,& indicis naturam, ijs omnibus, quæ in initio ſcriptorum ſuorum appoſuit aduerſarius; nihil in primis eſt, cur Apologiæ nomine ſua decorare debuiſſet ſcripta:ſiquidèm literariam,cum ei dirimendam propoſuerimus litē, litigioſam hanc præſtitit, & calumnijs inculpantiumq; nominum elencho exornauit:neq; etiam eſt,vt immediatè,ab Apologię nomine, totam illam lamentationum ſeriem conſcribat, quandò
F Auth.Gal. nomina omnia quibus nos fuimus vſi,ſunt approbata, nec in diſputatione ſunt indecora. neue à Gal. videamur recesſiſſe per vnguem, videamus quomodò vniuerſa eius opera, ſingulis exiſtant referta.

EXPVRGATVR Integrum Paradoxum, ab omnibus nominalibus calumnijs, de quibus, tùm in maledicentiarum elencho, tùm uniuerſa Apologia, conqueſti ſunt authores ipſius. decernitur ex ambitioſo, litigioſoq; eorundem ſermone, datam nobis fuiſſe anſam reſpondendi: ac quomodò corrigendus ſit aliquis, declaratur. Cap. XVI.

G QVO' Nulli vnquàm hominum,vniq; in primis Apologię Authori, ſeorſùm conſultò iniuriam facere, fuiſſe in animo nobis; ſuaſum quis posſit habere; ſupereſt, pro philoſophica hac abſoluenda tela, onomaſticam omnem,de qua idem conqueſtus eſt,dirimere contētionem; Eſto igitur,ſcripſiſſe nos in paradoxo,vt in aſſertione 90. aſſeruit aduerſarius, eos allucinari,cœcutire,vel perperàm agere, ſoli innixos eſſe praxi, nulliq; rationi, vel conſilio; qui indifferentèr in dyſentericis deiectionibus (dolore vegente, ac virium ſtante ruina) adipe vtuntur hircino; nil cauſæ eſt, cur conquerātur, in aſſert. 113. nos vltrò eum nimis carpere, laceſſereq; eoq; Verba aſſer. 113.
H tendere, vt illius exiſtimationem minuamus, denigremus, ac proſternamus: quandoquidèm, proferentes nos eiuſmodi orationis typum. *Medicorum omnium demiror ingenium, qui fieri potuerit, ut à Galeni uſq; tempeſtate in ea cæcutierit adminiſtranda re, &c. & in fine Paradoxi. His itaquè nouis authoritatibus adductus, hircinum adipem in dyſentericis curandis deiectionibus, perperàm adhiberi exiſtimo.* Verba Paradoxi.
Nullum ſpecificè, viſum eſt nobis Apologiæ Authorum laceſſere, iniuriaquè afficere: propthereaquod, Galenum ſectantes, verba conati fuimus accommodare, non indecora diſputationi,

ta faciat authoritas) *qui generoſa remedia importunè adhibentes, ægrotos iugulabant: quemdam narrat, dyſentericos ualido quodam præſidio interdum curaſſe, interdum necaſſe; modum uerò illius curationis, ita fuiſſe tradit. χρόμμυα τὰ καρτὰ καλούμενα; μετὰ ἄρτου ἐδίδου ἐσθίειν, καὶ πίνειν ὀλίγον ἡμέρᾳ μιᾷ, quo in loco interprætes, Græcos codices uulgatos ſequuti, cæpas cartas uocatas traſtulerunt*; ſiue, vt propria interprætum referamus verba, cœpas id genus, quod Græci carton vocant, vertêrunt: Hanc igitur verſionem, emendans vir excellentisſimus, quià apud nullos authores, genus vllum cœparum ita vocatum inuenit, textum eſſe corruptum, & pro *καρτὰ*, vel *κνίδια*, vel *κρητικά*, legi debere aſſeuerauit. Afferenſq; ſuæ lectionis ſententiam, inquit eiuſmodi ſic vocatas cœpas, antiquos habuiſſe, quemadmodũ Theophraſtus textatus fuit, ac Plinius: Atq; his claudit Ill. viri ſententia; à qua tñ diſcedens in ſequenti, alteram vtì meliorem afferés, inquit: quòd quià Plinius ſcripſit lib. 20. cap. 5. cœpas coctas, dyſentericis medicos dare conſueuiſſe, *χρόμμυα τὰ κοπτὰ καλούμενα*, legendum eſſe, & nouæ huiuſce ſententiæ afferés rationem, ait: Galenum vulgatum Romę nomen literis exarare voluiſſe, quòd alibi identidem feciſſe, nemini ignotum eſſe, fatetur. Cœterùm, an veritati conſona, vna vel altera, Ill. viri, exiſtat lectio, hinc depræhendat. Cum inter cœparum genera, vel ipſomet Plinio, ac Theophraſto authoribus, ſint quædam, quę capita obtinent magna (veluti Strabo lib. 16. *viſus etiam fuit* ſentire; ſcribens, quòd Aſcalonenſium regio, præcipuè fert cœpas, quæ optimæ ſunt, magnæ, & rotundisſimæ, & capita habent magna) ſentimus nos, Galenum, nomine *καρτὸν*, intellexiſſe, id genus cœparum quod magnum, & rotundisſimum eſt; quodq; capita habet magna: *καρτὸν* .n. capitatum (à voce *κάρη* nomenclatura deducta) ſignificat; vt propterea cum apud eundẽ Plinium lib. 19. cap. 6. cœparum alię ſint, quæ capite craſſeſcunt, aliæ verò, quæ minus, quas Getias appellant ijdem, Gal. per *χρόμμυα τὰ καρτὰ καλούμενα*, ex ſententia illius carnificis, qui plurimos vno die necabat, ſanabat paucos, capitatas cœpas intellexerit; Hancq; veram putamus Galeni, loci interprætationem, deprompt am, tùm ex rei natura, tùm grauisſimorum hominum lectione; è qua hoc alterum, licuit adinuenire; quòd cum ex Theophraſti, ac Plinij authoritate, lib. capitib. q; cit: cœparum alia dentur genera, quorum folia ſingulo vere, crebertime tonduntur, vt ſcilicet eorum capita incraſſeſcant; (ſic etenim vegetabilium omnium craſſeſcunt partes inferiores, cum ſuperiores abraduntur) ex eò quia nomẽ illud *καρτὸν* apud Gręcos, tõſum ſignificat, rati eramus, per *χρόμμυα τὰ καρτὰ* illud cœparum genus ſignificare voluiſſe Galenum, cui Romæ, & folia, & comæ,

Mercurialis legit per καρτὰ, κνίδια, vel κρητικὰ.

Propria auth. ſententia.

καρτὸν apud Græcos capitatum apud latinos.

A B C D

E comę (vt capita incraſſeſcant) conduntur, quandò ea vox κάρτὸν apud Græcos tonſum ſignificat. Cœterùm quià Plinius idem, ac Theophraſtus Schiſton hoc appellāt, recedentesq; & nos ab hac poſteriori ſententia, priorem inſectandam putamus. χαρτὸν, tonſum ſignificat.

EADEM ratione, qua Aduerſarius decreuit taurinum, hircinumq; adipem comparatiuè ſtatutum fuiſſe à Gal. 4. de ſimplic. calidum, igneum, & acrem, abſolutè hunc talem eſſe monſtratur. Galeniq; interpretatur ſententia, de pinguedine frigiditatem atteſtante in corpore. Cap. XII.

F COLLIGENTES, quæ ſparsim hinc indè in sermocinali ſcientia, dicta ſunt ab Apologiæ Authorib', aduerſus noſtram paradoxā concluſionem; duæ occurrunt aſſertiones, in præſenti enucleandæ, quarum prima ſpectat, ad naturam comparatiuorum; ſecunda ad coniunctionem Nam: vtraq; tamen contemplatione indigna, ac in philoſophicis his exercitationibus, vt exiſtat appicta quæliſcumq; tamen ſit, Galenum ſectantes; perpendamus. ſcribunt igitur. *Vndè quod Gal. comparatiuè fuerit loquutus de adipe hircino, afferens hunc eſſe acrem, & igneum, reſpectu emplaſticorum medicamentorum, quæ omni carere debent acrimonia, Galdinus fidiſſimus Gal. interpres in 4. illo de ſimplic. 6. declarat per illam dictionem nàm quæ cauſalis eſt coniūctio,* Aſſert. 97.
G *quæ licèt ſit maximi momenti, tamèn à te prætermiſſa eſt, uel neglecta. Non enim adeps hirci, aut tauri, calidus, acris, & igneus eſt ſimpliciter quoniam, & à Gal. & Auic. & ab omnibus medicis creditur, quòd pinguedo atteſtetur ſuper totius corporis frigiditatem.* Contra primam igitur aſſertionem inſurgens veritas, ſubſtinet hæc; quod cum Galeni conſilium citato nunc loco, ſit rimari eſſentiam emplaſticorum medicamentorum; quę cuiuſcumq; ſint generis, ſiuè .ſ. exactè terrea, & ſicca, ſiuè viſcoſa, & lenta, aqua, terra, aëreq; permixta, omni carere debent acrimonia, atq; mordacitate. hinc fit; quòd hircinus adeps, vtraq; cum non careat, inter emplaſtica medicamenta enumera- Aſſert. 98.
H ri non poſſit: ea enim, Galeno Authore 14. Meth. Med. cum ſint quæ corporis meatus obſtruunt, oppilant, obturant, conſtipantq; ab ἐμπλάττω (quòd eſt obſtruo, oppilo, infarcio, oppleo, impleo, locum vlceratum in integrum reſtituo, quod inducere nos appellamus) deducto nomine: hircinus adeps, quia ob ſuam acrimoniam, atq; mordacitatem præfata non poteſt præſtare; propterea concludens ibi Galenus, inquit. *Nàm tauri ſanè, & hirci pinguedo acrimoniam, multam, & igneam poſſedit, &c.* quaſi dicat, ſecluditur ab emplaſticorum medicamentorum natura, hircinus adeps, quia acrimonia, & mordacitate non caret, quibus ta- Emplaſtica medicamenta quæ ſint.

mèn

μὲν τὰ φάρμακα ἐμπλαστικὰ debent carere. ſed in ſylogiſticam A
formã Galeni verba reducamus. habet cap. 6. citati lib. præceptor.

Gal. verba in ſyllogiſticam formam redacta.

Quęcumq; pinguedines, non dum vllam nactæ ſunt acrimoniam emplaſticam, & illinendi poros obtinent facultatem, eamq; tantò efficaciorem, quantò ſicciores, magiſq; terrenę fuerint: hæc ſit maior, quæ ſequitur minor. Nàm tauri, ſanè, & hirci pinguedo acrimoniam, & multam, & igneam posſidet, bouis autèm capręq; minus, &c. ergo tauri, hirciq; pinguedo, emplaſticam non obtinet facultatem. Hocq; Galeni ſtante conſilio, quis dicere auſus erit, comparatiuè, non abſolutè, de hircini adipis acrimonia, atq; igneitate loquutum eſſe Galenum? Verùm rem diligentius ſpectemus: ſentit, qui rationalibus diſciplinis diù operam nauauit, Galenum fuiſſe loquutum comparatiuè, de adipibus quibuſdam, tauri ſcilicet, & hirci, in comparatione emplaſticorum medicamentorum; quę quià omni debent carere acrimonia, adipeſq; pręfati non carent, hinc infert, vigore illius coniunctionis, Nàm, taurinum, hircinumq; adipem, acrem, & igneum, comparatiuè fuiſſe ſtatutum. At, Guarinus ille Veronenſis, grammaticorum coripæus; & nos, qui eiuſdem ſectati ſumus veſtigia, oppoſitam tutantes ſententiam, decernimus illiuſmet coniunctionis vi, abſolutè Galenum loquutum eſſe, de natura emplaſticorum medicamentorum (ſcribentem, hæc omnia carere debere acrimonia) & de natura taurini, hirciniq; adipis, C
(igneum, acremq; atq; mordacem, ſtatuentem vtrumq;) noſtræ, verò ſententiæ ratio, hinc pendet. Coniunctio Nàm, à Galdino conuerſa, cum ſemper non ſtet ſub determinata ſpecie, hoc eſt, non ſemper ſit cauſalis (vt aduerſarius intendit) ſed aduerſatiua; quatenus videlicet habet vim aduerſandi (velutì in Galeni citata oratione, dicente, *Nàm tauri ſanè, & hirci pinguedo, acrimoniam multam, & igneam poſſidet, Bouis, autem capræq; minus, &c.*) non conſtat, quomodò poſitiua iſthæc loquutio, ponens nobis prę oculis, caliditatem, igneitatem, & acrimoniam vtriuſq; præfati adipis, comparatiuam faciat Galeni ſententiam, cum re vera aduerſatiua ſit, antecedenti orationi, ac propoſitioni: in qua D
decernens Galenus emplaſticorum medicamentorum naturam; quatenùs huic aduerſatur, taurini, hirciniq; adipis eadem, immediatè ſubdit. *Nàm tauri ſanè, & hirci pinguedo, &c.* quaſi dicat. Sed ſic eſt, vel atqui, tauri, & hirci pinguedo, acrimoniam, multam, & igneam posſidet, bouis autèm, capræq; minus; ergo emplaſticorum medicamentorum naturam non ſapiunt. His accedit, quòd cum poſt dictionem Nàm, altera adſit, ab aduerſario omiſſa, quæ eſt, ſanè (habet enim Grecus contextus. ταύρε

Quòd Gal. abſolutè loquutus ſit de acrimonia, & caliditate adipis.

Vera interpretatio dictionis Nàm.

μὲν

E μὲν γὰρ, καὶ τράγου πιμελὴ, δριμύτητα πολλὴν ἔχει, καὶ πυρώδη, hoc eſt, Nàm tauri, ſanè, & hirci pinguedo, &c.) cum peritisſimi quiq; Græcarum literarum profeſſores, decreuerint vocem, μὲν, ſeu quidèm, & ſanè diuidendæ orationis gratia, poſitam eſſe, poſt coniunctionem, Nàm; vt ſcilicet ſententia à ſententia, & membrum, ab orationis præcedentis membro, diſcindatur: nullo pacto, comparatiuam, dicendum eſt eſſe, Galeni orationem de præfatis adipibus, ſed aduerſatiuam cum priori loquutione: quemadmodùm non ſolùm ex orthographia licet addiſcere; ſed ex legibus ſancitis ad bonam faciendam comparationem: ad quam tria cum concurrant res comparata, res cui

Leges in facienda bona cōparatione.

F comparatur; & qualitas quam communē vtriq; eſſe oportet, hæc ſi penſitare velimus, tantùm eſt, vt comparatiuè loquutus ſit Galenus de natura emplaſticorum medicamentorum, ac adipum; vt abſolutam potiùs, de vtriſq; propoſuerit orationem, ſancientem emplaſtica medicamenta, ſiue calida, ſiue frigida, ſiue ſicca, vel viſcida ſint; omni carêre debere acrimonia: Taurinum verò, hircinumq; adipem, acrimoniam multam, & igneam posſidêre, bouis autem, capræq; minorem. Sed grammaticalibus his nugis neglectis, nullaq; habita ratione exemplorum, ciati pleni aqua tepida, & alterius pleni frigida; cum indigna ſint huberiori tractatione: veniamus ad caput alterum, aſſertionis nonageſimæ octauæ, dicamuſq; & Gal. & Auic. ſcribentes, pinguedi-

Sententia aſſert. 98.

G nem atteſtari ſuper totius corporis frigiditatem, tūc loquutos eſſe comparatiuè, non abſolutè: verùm differentiā aſſertionis ſpectemus in primis: Scripſit Apologiæ author, in antecedenti aſſertione, de adipe tùm hirci, tùm tauri; infert in præſenti, de pinguedine, dicitq; quòd à Gal. & Auic. creditur, quòd pinguedo atteſtatur ſuper totius corporis frigiditatem: quaſi idem posſit inferri de adipe, quod de pinguedine ipſe inferendum decernit. Sed enim, quod pinguedo, non frigiditatem, & hanc abſolutè, vel primò, ſed humiditatem, atteſtetur; adeps verò ſiccitatem, Galenus 11. de ſimplic. exemplo ſuis, & bouis declarat. *Sus enim*

Falſa illatio ab adipe ad pinguedinem.

H *benè habitus, paſtuſq; multam habet pinguedinem, ob naturalem temperamenti humiditatem. At bouis, & capræ, & quæcumq; id genus cornigera ob ſiccitatem, adipem plurimum generant.* Hæc ibi Galenus qui clarisſimam afferens doctrinam, in quibus animalibus proueniat pinguedo, & in quibus adeps, apertè oſtendit, quam, vnum, ac alterum oleoſum corpus oſtendat temperiem: & proindè ridiculum eſſe putamus, à bonæq; logicę remotum præceptis, nō ſolùm aſſerere, pinguedinem primò atteſtari frigiditatem (cū humiditatem, ex Gal. demonſtret) ſed inferre, adeps hirci, & tauri

In quibus redundet pinguedo, & in quibus adeps.

Verba aſſert.

non

non calidus, & aeris, eſt ſimpliciter; quia creditur, quod pinguedo atteſtetur ſuper totius corporis frigiditatem: quandoquidem in alijs redundat adeps, & in alijs pinguedo, quę tamen, quomodo caliditatem, vel cum adiecta humiditate, non frigiditatem, demonſtret, idem Galenus aphoriſmo. Ventres hieme, & vere, natura calidiſſimi ſunt, &c. oſtendit. ac in ſequenti orationis particula libri 1. de ſimplic. patefacit. *Quęcumq; bene nutriuntur, ea omnia, aut pinguedinem, aut adipem obtinent, quę verò macilenta ſunt, male q; nutriuntur, ſępè omninò ne habere quidem, ſępè verò paululum, idq; ſiccum, ut agnoſci poſſit, apparet.* Iam verò, optima fiet nutritio, in corpore frigidiori? vel in quo frigiditas primò conſiſtit? Nutritio, & coctio, cum à calore procedant, non video, quomodò frigiditatem, pinguedo ab vtraq; procedens, atteſtetur: cum omnis pinguedo excalfactoriam, & humectatoriam habeat facultatem, vt ob id nonniſi, in calidioribus, & humidioribus poſſit produci. Sed quid ad Galeni dicendum authoritatem? habens igitur Galenus citato capite. *Frigidioris autem temperaturę inditia, ſunt pilorum carentia, pinguedo, & frigiditas, quę tangentibus obuiat*, quî fieri poteſt vt loquens hic comparatiuè Galenus, abſolutè frigiditatem, per ea inditia, demoſtrari ſentiat aduerſarius? prętereà cum non ſola pinguedo frigidiorem arguat temperaturam, quomodò ex medicorum omnium placitis, auſus fuit aſſeuerare, ſolam pinguedinem abſq; alijs, atteſtari ſuper corporis frigiditatem? prętereà decernens Ariſtoteles 8. de natura animal. 6. pingueſcere animalia omnia, quibus venter calidus eſt, quiete, & immotione, quomodò in rei veritate, pinguedo abſolutam oſtendit in corpore frigiditatem, & non minorem calorem? Si etenim calidus venter, & his incaleſcit ex contactu cordis, hepatiſq; pręcipuè (ex quorum mutuo concurſu, totius temperamentum inſurgit) quî fieri poteſt, vt corpus, in quo pinguedo redundat, decernendum ſit frigidum, quod ne inſanus quidem producet? Ac ſi ſtare velimus cum ratione, quam pro Acchille habuimus, quomodò pinguedo, quę calida eſt, & humida, à frigido pendet? quęcumq; enim calida ſunt, à calido fluunt, non frigido; atq; hanc veritatem animaduertens Galenus 2. de temperamentis, apertè ſcripſit. *Natura calidioribus, otioſam, & delicatam uitam expertis, temperiem ad humidius conuerti, unde fit, adeps, & pinguedo.* Hęc ille, qui in ea particula maximè obſeruandus, in qua dixit, temperiem conuerti ad humidius quaſi calida, humidaq; temperies (quę temperata à nobis dr̃) ea fit, quam ipſa atteſtatur pinguedo, vt in ſuibus omnium animaliũ calidiſſimis, humidiſſimiſq; licet intueri. quamobrem, cōcluden-

dum

Quod humiditas, & caliditas à pingued. atteſtetur.

Declaratio verborum Gal ex lib. artis Medicinalis.

Totius temperamentum vndè fluat.

Galeni ſententia aduerſa verbis libr. artis medicinalis.

E dum, moderatam pinguedinẽ, corporis abſolutè frigidi, quodq́; medij temperamenti præterijt terminos, nota non eſt, ſed temperati, vel vt aduerſario fiat ſatis, minus calidi, non abſolutè frigidi. ita vt Gal. comparatiuè in rei veritate ſit ibi loquutus: inquit .n. propria lingua ψυχροτέρας κράσεως σημεῖα. τὸ ἄτριχον, τὸ πιμελῶδες, τὸ ψυχρὸν ἁπτομένοις; moderatæ nanq́; tẽperaturæ proijciẽs ſigna in cap. 51. deueniens ad ſigna intẽperatæ, ſtatim ac in c. 52. retulit calidioris ſigna frigidioris in ſequenti proponit. Cæterùm quòd in calidioribus pinguedo proueniat, audiatur Gal. 2. de temperam. 4. *Quicquid (inquit) in ſanguine pingue, leue, & tenue eſt, id in calidioribus corporibus, alimentum quoddam calido fit, in frigidioribus*

Comparatiua Gal. loquutio.

F *ſeruatur: cumq́; id venæ extra ſe traſmiſerint, ubi in frigidas particulas incidit, quod genus membranæ ſunt, in ijs concreſcit, in adipemq́; vertitur, aut pinguedinem iuxtà animantium naturam.* ex qua Gal. ſententia cum colligatur, non abſolutam frigiditatem, ſed minorem caliditatem, oleoſum corpus oſtendere, ſcribatq́; Auic. lib. 1. fen. 2. doc. 3. cap. 3. *Pinguedinis autem, & adipis congelatio ſuper corpus minuitur, & augetur, ſecundum minorationẽ caloris, & augumentum ipſius,* decernamus pinguedinis copiam, minorem arguere caliditatem in corpore, defectum verò, maiorem; ſicq́; ſublata Galeniana cum ſit difficultas, quid de adipis, ac pinguedinis temperatura ſimpliciter, & abſolutè idem tradat Gal. ſpectemus.

Auicennæ pulchra ſententia.

G *EX grauiſſimorum authorum ſententijs decernitur, pinguedinem omnem in genere calidam eſſe, & humidam; differreq́; ratione ſexus, ætatis, & temperamenti.* Cap. XIII.

ET ſi volumus, veram dicti adipis, & aliorum ſimplicium medicamentorum, temperaturam cognoſcere, debemus confugere ad ea, quæ de ipſis traduntur, ab Authoribus approbatis, dum ſimpliciter, & abſolutè loquuntur, non comparatiuè. Nonageſimæ octauæ aſſertionis exiſtit particula. Huic igit ſatisfacere in præſenti tentantes: Gal. 2. illo de ſimplic. medic. facul. author approbatus, ſimpliciter, & abſolutè loquẽs, tùm in genere,

Particula aſſertionis 98.

H tùm in ſpecie, de oleoſi cuiuſq́; corporis temperie. *Omnis igitur (habet) pinguedinis facultas, è humectatoria, & ex calfactoria humanorum corporum: At differentiæ, quæ ſunt cuiuſq́; ſigillatim, ex maioris, minoriſq́; ratione ſunt. Nam pinguedo ſuis, ut ad nos quidem, largius humectare poteſt, ſed non æquè excalfacere, ſicuti neq́; oleum; verum pinguedinis ſuum talis eſt caliditas, qualis ſpectatur in nobis. Porro Taurorum adeps, ſuillo multò calidior eſt, & ſiccior, rurſum id memoria repetentibus nobis, marem fœminæ eſſe tùm calidiorem, tùm ſicciorem; marem autem caſtratum aſſimilari fœminæ, uelut quidquid iuuenilis eſt ætatis, & inter iuuenilia, fœmina*

Mas caſtratus aſſimilatur fœminæ in temperatura.

fœmina mare humidior eſt, & minus ſicca: ſic, & adeps vitulinus, taurino mi- A
nus tùm calidus eſt, tùm ſiccus, & hædorum, quàm caprarum, ſed, & capra-
rũ, minùs quàm hircorum: & rurſus taurorum, minus, quàm leonum. Nam
horum adeps, omnium prope quadrupedum adipe potentius digerit, nam &
caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaq; ipſum morbis inueteratis adu-

Galeni ſentẽtia de adipis temperatura.

ctis, & phlegmonis conuenientius miniſtrabis, non modò nihil adimens, verùm
etiam ceteris, nimirùm addita maiori, quàm conueniat acrimonia. Hæc ibi
probatiſſimus author qui proferens, adipem omnem, ſiue pingue-
dinem excalfactoriam, & humectatoriam habere facultatem, dif-
ferentiam duntaxat ponit, in maiori, vel minori excalfactione, &
& humectatione, deſumpta, tùm ex temperatura animalium, di- B
uerſę ſpeciei, tùm ſexus, tùm ætatis, & ratione animalium, & ratio-
ne adipis: ita vt, animalia diuerſæ ſpeciei, quę calidum adepta ſunt
temperamentum, pinguedinem producat calidam, quę magis ca-
lidum, calidiorem, quę calidiſſimum maximè calidam; exemplo
deſumpto animalium ſpeciei ſuillæ, Caprinæ, & Bouinæ, necnon

Adeps maris calidior adipe fœminarum.

leoninę. in quibus ſpeciebus, decernens mares calidiores eſſe fœ-
minis, decernit etiam eorum adipem, atq; pinguedinem calidio-
rem, & magis ſiccam, pinguedine, & adipe exiſtere fœminarum;
virorumq; tamen, iuniores, ſenioribus, tam adipem, quàm pin-
guedinem calidiorem, humidioremq; obtinere: & ipſum quoq;
adipem, atq; pinguedinem recentiorem, minus tùm calidam, tùm
humidam, antiquiori exiſtere. ita vt coparatio fiat à Gal. in præ- C
ſenti, inter ipſam pinguedinem, maris, & fœminæ, ſpeciei vnius cũ
altera, ætatis ſenilis, & iuuenilis, & adhuc recẽtis, atq; vetuſtæ pin-
guedinis: quàm tamen abſolutè conſiderans, calidam, & humidã
eſſe decernit, ob acrimoniamq; in vlceribus, leoninam ſpeciem
reprobat: quã eamdẽ acrimoniam, cum hircinus quoq; (licèt mi-
norem ſit adeptus) hinc fit, cur in dyſenteria minùs conueniat.
Cæterùm ꝙ calida, & humida abſolutè pinguedo res ſit, Ariſt.

Ariſt ſententia de temperatura pinguedinis.

audiatur, 3. de part. animal. cap. 2. & 4. de partibus animal. 5. vbi
apertè ſcripſit, quòd pingue inter humida, cõmune ignis, & aëris
eſt. Sed idem Gal. 4. de vſu, par. 9. duas afferens rationes, ad pro-
bandum pinguedinem eſſe calidam, primam ex ſenſu, quià vtimur D
illa pro oleo, adducit: ſecundam verò affert, quià citò inflammat:
Auicenna tract. 1. cantic parte 1. *Omne (inquit) habens dominium pin-*

Auicennę ſent. de pingued. tẽperatura.

guedinis calidum eſt, & humidum; ex quibus Auic. verbis clarè ſpecta-
tur, quòd ſi habens prædominium pinguedinis calidum eſt, & hu-
midum, ipſum quoq; corpus pingue. his accedit, quòd quia pin-
guedo, nec non adeps, in partibus redundat calore præditis, in
ventre nimirùm inferiori, quem ἐπιγάστριον vocant, vbi plurimus
eſt calor, pro abſoluenda ciborum coctione; in hepate, quòd poſt
cor

E cor, calidiſſimum eſt; in corde caloris fonte, in renibus, quæ ex viſceribus maximè pingueſcunt, calida non niſi abſolutè eſſe poteſt pinguedo. Calidum.n.appellantes philoſophi, non quod calorem habet, ſed in quo calidum præualet frigido, & quanto gradu prævalet, tanto gradu tale eſt (vndè qualitas præualens contrariæ ſubiecto corpori tribuit denominationē; & ſi neutra alteri præualet, neutra tribuit, & corpus fit, æqualiter participans calorem, & frigus; quod non calidum, nec frigidum, ſed medium eſt) ex eo quià in adipe, atq; pinguedine, ac oleoſo quocumq; corpore (cuius ſpecies in exercitationibus medicis afferemus) calidum præualet frigido, & humidum adhuc inter paſſiuas qualitates, ſicco: corpus

Calidum quod dicatur à philoſophis.

F calidum, & humidum nuncupat. Et quamquàm huiuſmodi vox, calidum, frigidum quoq; ſiccum, & humidum, duobus dicat modis, abſolutè, & nō abſolutè; abſolutè quidèm, cum ſolum ad vniuerſam naturam ſuam collatum eſt; vt homo calidus nuncupatur, quòd in eo calidi portio exuperet. Non abſolutè verò, cum alteri comparatur, eiuſdem, aut diuerſæ ſpeciei; eiuſdem quidèm, vt ſi homo comparetur ad hominem, hircinus adeps ad caprinum, diuerſę autèm, vt ſi homo comparetur ad leonem, hircinuſq; adeps ad leoninum, & quià tamèn Gal. 2. de ſimplic. cap. de pinguid. & adipe, abſq; vlla comparatione inquit. *Omnis (ergo) pinguedo excalfactoriam, & humectatoriam habet facultatem,* &c. hinc eſt, q ea nobis

Calidum abſolutè, & reſpectiuè quod dicatur.

Gal. ſententia de adipis abſoluta temperie.

G ſemper fuit ſententia, quam adhùc defendam putamus, & 4. illo de ſimplic. med. facul. & vbi vbi, de hircino, caprinoq; loquutus eſt adipe, calidum, & humidum per ſe conſideratū, hunc abſolutè decreuiſſe; in reſpectu verò ſexus, ætatiſq; comparatiuè, quemadmodùm ſuo loco decreuimus, & quià nulla cōparatio fieri poteſt inter emplaſtica medicamenta, quæ tùm calida, tùm ſicca eſſe poſſunt; & ipſum hircinum adipem qui propter acrimoniam excludit, non caliditatem (omni enim emplaſtica pharmaca carere debent acrimonia) hinc fit, vt velit, non ita aduerſarius, vt abſolutè, calidus, igneus, acris, & mordax hircinus ſtatutus fuerit adeps, ob quam

H acrimoniam, iure dixit Gal. itaq; ſi ipſum medicamentis ad vlcera, & phlegmonas conuenientibus immiſceas, non modò nihil adiuueris, verùm etiā læſeris, nimirùm maiori addita, quàm cōueniat acrimonia: vbi, licèt de Leonino Gal. loquatur, quià tamèn hircinus acrimoniæ expers nō eſt; hinc fit, vt ſiuè comparatiuè, ſiuè abſolutè ſit Galenus loquutus in vlceribus, in dyſenterijs minùs conueniat. Sed quomodò hircinus adeps calidus, ſit, & humidus, non abſolutè ſiccus, præter Aduerſarij placita, clarius in ſequenti pateſcet.

E veneris vſu, minùs labefactatur. Verùm in ſanguine perſiſtentes, ac lacte, indubitatum hoc eſt, vtriuſq; dulcedinem, atq; iucunditatem, calidam, & humidam animantis huius ſignificare naturã. Nàm de ſanguine, loquens Gal. 3. de aliment. facult. ex Homeri ſententia, iucundum eſſe in cibo aſſeuerauit. De lacte, haud ambigendum, calidum eſſe, & humidum. *Dulce lac, recenterq; mulſum (dicebat Iſaacchus AEbræus lib. de dictis particul. cap. 54.) calidum eſt, quaſi à medio primi gradus, uſq; ad initium ſecundi, quod monſtrat eius ſapiditas, quæ ſapori ſanguinis eſt propinqua, faciliſq; eius mutabilitas, qua in ſanguinem mutatur, undè non minùs humidum eſt.* Calidam igitur, & humidam, huiuſmodi animantium ſpecies, cum ſit adepta temperaturã, quò ad ſemen, ſanguinem, atq; lac: talem quoq; adeptũ

Hircinus ſãguis iucundus in cibo.

F eſſe totum animal, minus verendum: & ſanè, quò ad lac, niſi calidum, hoc eſſet, & humidum, haud fœlicitèr, in totius ſiccitatibus, ac præſertim ventriculi, ex Gal. pręcepto 7. Meth. cap. 7. vteremur. Pilorum copia, ac multitudo (qua mas, & fœmina ſcatet) quomodò calidam, & humidam vtriuſq; oſtendat naturam, Gal. lib. artis medicinalis, & 2. de vſu partium, manifeſtè proponit: caliditatem etenim, pilorum atteſtatur copia, humiditatem verò, longitudo, mollities, atq; craſsities, vt ex Auic. quoq; colligitur lib. 1. fen. 2. doc. 3. cap. 3. Vitę longitudo, quam arguat temperaturam, ex Ariſt. petatur lib. de long. & breuit. vitæ, necnon à rei natura, ac veritate, quæ cum paſsim decernat, calido animal, viuere, & hu-

Caprinum lac ſiccitatibus vẽtriculi opitulatur.

G mido nutriri: porrò ni calidum, & humidum huiuſmodi animantis eſſet temperamentum, nullo pacto eiuſdem vita eſſet, in tanta ſeminis effuſione, lactiſq; redundantia, ab huberibus deducta, diuturna. Nàm ad octonos annos, & in AEthiopia, ad decimum tertium viuere, lib. 8. commonefecit Plinius. Quod ſpectat ad mores (quos à ſubſtantiæ temperatura, dependère 2. de ſemine cap. 2. & lib. quòd animi mores, corporis inſequantur temperamentum, adnotauit Gal.) profectò, cum eiuſmodi animantis ſpeciei, ducem paſtores non conſtituerint, ob lubricam, mobilẽq; naturam laſciuum, vagumq; ingenium, ob vorandi auiditatem

Animal, calido viuit, humido nutritur.

AEtas caprarum, & hircorum.

H hac illac tàm capra, quàm hircus curſitet, loco ſtare neſciat, è grege prima omnium prodeat, per aures perinde, atq; per nares ſpiritum emittat, & viciſsìm recipiat, oculis noctu ſplendeat, lucem eiaculet, arroſa omnia comburat dentibus, vno anno coeat, ſemper febriat (vt ſi febris aliquandò deficiat, animal intereat, quod dictu eſt, adeò intenſum, in eo eſſe calorem, vt ad eius defectum intereat) frigidis paſcatur alimentis, alaterno ſcilicet, agreſti cytiſo, iligneis, querniſq; fructibus.

Animalium ſpecies nõ habens cuſtodẽ, & cauſa.

(Poſthinc digreſſus iubeo frondentia capris

Alimenta capinę ſpeciei.

Arbuta ſufficere. dicebat Virgil.

Paſcuntur verò ſiluas, & ſumma Licæi

Horrenteſq; rubos, & amantes ardua dumos.

canebat Lucretius, qui minus etiam ſubticuit ;

Quippe videre licet, pingueſcere ſæpè cicuta,

Barbigeras pecudes homini, quæ eſt acrè venenum.)

A

ac præter hęc omnia, ſpeciei eiuſdē acutus, oliduſq; ſit odor. Firmiſſimè decernendum, calidum in primis illam adeptam eſſe tēperamentum, nùm verò abſolutè ſiccum, vel abſolutè humidum, Gal. his verbis aſsignat. *Capra* (habet 3. de aliment. facult. 2.) *ſui, & homini comparata eſt multùm ſicca, bobus verò humida.* quòd idem repetens 2. de ſimplic. *Capram* (dixit) *reſpectu ouium, eſſe ſiccum, reſpectu boùum, humidam: ſicciorem ſue, ouem habere carnem; hac capram, qua bouem, quo deniq; leonem.* Ità vt facta comparatione ad diuerſa animantia, caprina ſpecies, nō ſempèr, & abſolutè ſit in paſsiuis qualitatibus ſicca, ſed etiam humida: quarè ſi tale eiuſdem eſt temperamentum, nullo modo aſſeuerandum ipſius adipem eſſe abſolutè ſiccum, ſed facta comparatione cum ſue, homine, & oue: humidum verò, cum boue, atq; leone. Sed. n. de caprino adipe tàm maris, quàm fœminæ, priuſquàm temperiem aſsignemus, repetamus ex Gal. genericè, adipis temperaturam. Gal. ergo proponēs 11. illo de ſimplic. *Adipem ſequi animantis temperiem*, ſcribit 1. de elemētis 6. & 1. de temperamentis cap eodem. *Hoc genere ſanguis pituita, adeps, vinum, oleum, mel, quicquid his ſimile eſt, humidum dicitur.* & 2. de tēper. 3. concludens ait. *Commodè igitur dictum veteribus eſt, humidiſſimū eſſe adipem*: & 1. de temper. vlt. textatum reliquit. *Cærebro autem ipſo adeps eſt humidiòr, cui concretio contingit, propterea quòd membranis adiacet, craſſo namq; oleo eſt ſimilis, coq; congelatur, vbì cum frigidis, & & exanguibus particulis coniungitur.* Sed de adipis tempèrie, alibi quoq; ad ſatietatem allata, ſatis; colligat (ſi libet) vir doctus, falſiſsimum eſſe in medicina, aſſerere, adipem omnem genericè eſſe abſolutè ſiccum; Quòd ſi ad præfatę ſpeciei ſexum deuenire velimus, equidem firmiſsimum, in eàdem medicina eſt, adipem maris calidiorem eſſe, & minùs humidum, adipe fœminę. *Porrò calidior ſemper, ac ſiccior eſt, maſculorum animalium adeps, & horum ipſorum exectorum, minus tum calidus, tum ſiccus, quippè mas caſtratus, eiuſdem ſempèr generis fœminæ aſſimilatur: hoc autèm ſermonis caput commune eſt,* (11. de ſimplic. dixit) *cuius meminiſſe oportet, pro animalium temperatura, ſemper exiſtere differentias eius, quæ in illis eſt pinguedinis, aut adipis, aut quocumq; modo libet appellare totum hoc genus corporis, in animantibus oleoſi, & pinguis.* hæc ibi Galenus, à quo, cum duo ſempiternę veritatis habeamus præcepta, ad dignoſcendam, adipis cuiuſq; animantis

Capræ temperamentum.

B

Gal. ni pulchra doctrina ad ſignificandam adipis temperiem.

C

Aſſertionis aduerſarii falſitas de adipis temperat. Gal. doctrina.

D

E animantis pinguedinem: concludamus, hircinum adipem calidiorem, & minùs humidum, caprino, tùm proptèr caloris copiã, tum laborem, ac vitæ genus exiſtere: ſic enim decreuit idem Gal. 3. de cauſis pul. 2. 2. de ſemine; 5. aphoriſ. 42. & 3. eorundem 62. vt propterea caprinus ſeu fœminæ adeps, minus calidus; & magis humidus ſit. Verùm quid de acrimonia, mordacitate, ac igneitate dicendum? Ad hæc breuitati ſtudentes. Secundarias has qualitates, inſequi primas, vel vt dixit Apologiæ author, propriã formam, eſt indubitatum; vt propterea cum forma complexionalis hircini adipis, collocata ſit in maiori caliditate, & maiori ſiccitate, quàm fœminę: complexionem maris inſequatur, minùs
F autem fœminæ: Minori etenim iuncta humiditati hircini adipis caliditas, maiori verò caprini igneitas, acrimonia, & mordacitas in hircino acuit; ex quo poſtmodum fit; vt acrimoniæ, igneitatis, atq; mordacitatis, cum magis ſit particeps, in dyſenteria haud cõueniat; cõuenientisſimus verò caprinus ſit, quia, & ocyſſimè cõcreſcit, & inteſtinorũ morſus magis obtũdit. vt 1. de ſimpl. cap. 34. refert Gal. qui eandem referens ſententiam, quam 12. Meth. 1. apportauit. chondri, tragiq; ſuccum commendat, ceratum, adipemq; caprinum. Tantam verò ſequi in hirco caliditatem, præfatas ſecundarias qualitates; indè colligitur quod Archelaus, & Alcmeon, ardentisſimã per aures, ac nares ſpirare animam, tàm hircum, quàm capram prodidêre: indigens namq;
G ſuprema hęc in vtroq; caliditas (ſed maior in mare, quàm in fœmina, allatas ob cauſas) continua euentilatione refrigerationeq; per inſpirationem, & expirationem celebrata; prouida natura, non ſolùm nares, & os excogitauit, ſed aures, quarum beneficio, mitigaretur, ac euentilaretur, ſed properemus ad calcem.

Adeps hircinus qualis.

Hircinus adeps cur reprobatus in dyſenteria.

Hircus cur ſpiret per aures ac nares.

DEFENDITVR titulus noſtri Paradoxi; explicatur quid illud ſit, quod in librorum uel operum initijs inſculptum uiſitur: ubi quàm abſoluta noſtra fuerit inſcriptio, quàm manca Authorum Apologia, ex Tituli, Periocha, Argumenti, Indicis, atq; Rubricæ uſu, & explicata eſſentia, innoteſcit. Cap. XV.

H RETROGRADO procedentes ordine, ſupereſt nũc; vt exploſis in philoſophia, bonaq; logica, atq; ſciẽtia, quę de ſermone eſt, aduerſariorum rationib', exẽplis, & authoritatibus; ad ea traducamus hunc ſtilum, quæ ab aſſertione 93. vſq; ad 99. ab eiſdẽ ſunt ſcripta, tùm aduerſùs noſtrę paradoxæ cõcluſionis titulũ, tũ verborũ in eiuſdẽ corpore, aſſertionẽ. Grãmatici igr̃, Rethoris, Dialecti, Philoſophi, ac Medici fungens Apologiæ author officio. Exordiens à pen-

Aſſer. 93. ſitatione inſculpti à nobis tituli. Incipiamus (dixit) à titulo tui A
paradoxi, vbì ſtatìm in primis verbis ais. *Hircini adipis in dyſen-*
Aſſer. 94. *tericis curandis deiectionibus, pretèr medicorum omnium ſententiam, qui*
eo aſſolent uti, rationibus, & authoritatibus improbatur uſus. Nos autem
quid per dyſentericas deiectiones inſinues, haud facilè percipere poſſumus,
ſcimus tamen dyſenteriam eſſe ulcus, & morbum in inteſtinis, deiectiones
uerò in dyſēteria eſſe ſymptomata, &c. quouſq; cōcludat, *undè manifeſtè*
apparet, te commmuniter, & largo modo accepiſſe, & inſculpſiſſe titulum
tui paradoxi, & non ſtrictè, & propriè, quemadmodum conuenit in ſcientia
demonſtratiua, in qua ne ſynonimorum quidem uerborum admittitur uſus.
Hæc ibi ſeptuagenarius, cui in his quoq; vt fiat ſatis. Sciendum
occurrit in primis, quòd cum in librorum initijs titulus appona- B
Ratio eorum quæ apponi conſueuerunt in libr. initiis. tur, ſiue inſcriptio, periocha, ſiue ſumma, vel argumentum, quò
omnia in eis contenta, primò innoteſcant aſpectu. Titulus noſtri
paradoxi adeò abſolutus eſt, vt vel maximè allato ſatisfaciat fini.
Siquidèm illicò ad eius inſpectionem, innoteſcit legenti, noſtrum
fuiſſe inſtitutum, hircini adipis vſum, in dyſentericis curandis
deiectionibus, interdicere: quo ſanè adipe, cum omnium penè
medicorum vtatur ſchola; hinc eſt, vt paradoxam dixerimus cō-
cluſionem, & hanc pretèr medicorum omnium ſententiam. Ti-
tulus ergo optimè hucuſq; ſonat: Et quoniam, dyſentericarum
Dyſentericæ deiectionis nomine quid intelligendum. deiectionum nomine, accedit morbus in ſoluta vnitate, ſympto-
ma cōſequens morbum, nimirum dolor, atq; deiectio huic anne-
xa; non minùs bellè ſonare videtur, quicquid in paradoxi cor- C
pore ſcriptum eſt, ac in ipſiuſmet titulo: vt, ꝓpterea cum noſtrum
inſtitutum ſit, hircinum damnare adipem, in morbo, atq; præfatis
ſymptomatis: haud eſt, vt ſcribat aduerſarius in 96. aſſertione,
communitèr, & largo modo nos inſculpſiſſe titulum noſtri para-
doxi. Cœterùm, ſatius adhùc vt fiat ægregio ſeni; videamus quid
verè ſit, tota illa oratio, à nobis appicta, in principio paradoxi:
an ſcilicet titulus, inſcriptio, periocha, vel argumentum. Ab
Inſcriptionis definitio. inſcriptione igitur ſumentes exordium, cum inſcriptio, vel titulus
ἐπιγραφὴ à Græcis vocata, ab ἐπιγράφω deducto nomine, vel
τίτλος, (vt diuo placuit Ioanni Euangeliſtæ cap. 19.) ſit vno, aut
non multo pluribus verbis, compræhenſio, eius partis operis, cu- D
ius gratiâ, cæteræ omnes veniunt, ad conſtitutionem totius; ſum-
Summæ defin. ma verò, περιοχὴ dictitata, compræhenſio paritèr, copioſiori-
bus quidèm verbis, ſed non multis, eius operis partis, cuius gra-
Argum. defin. tia cæteræ omnes innoteſcunt. Argumentum autèm (ὑποκείμενον
vocatum à Græcis, ſubiectum à latinis) materia illa, quæ indi-
catur ab inſcriptione, ac titulo, ita vt, compræhenſio, vel indicatio
ſit, potiorum capitum, atq; librorum, de quib' pertractat author:
porrò

E porrò breuitati intenti, id totum quod in noſtrorum ſcriptorum initio,poſitum eſt,inſcriptionis,ſiue Tituli,ac Periochæ,ſiuè ſummæ ſapit naturam : inſcriptionis quidem, quoniam gaudens hæc vno,aut non multò pluribus nominibus, redactis omnibus quæ à nobis ibi conſcripta ſunt,ſub Paradoxę concluſionis nomine;nulli dubium,tituli conditiones illud repræſentare : Periochæ verò, quia copioſioribus hæc contenta nominibus : ea omnia titulum inſequuntur,quę Periocham complent. erant autem. *Hircini adipis,in dyſentericis curandis deiectionibus, præter medicorum omnium ſentētiam,qui eo aſſolent uti,rationibus,& authoritatibus improbatur uſus:* & licèt Titulum,Periochæ in noſtris ſcriptis pòſtpoſuerimus, addentes in fine, Paradoxa Concluſio. Ioſephi, &c. dandum id incuriæ
F eſt,tum mei ſcribentis,tum legentis authoris diligētiæ : iuxta cuius leges, dicendum forſàn erat.Paradoxa concluſio.in qua hircini adips,&c.Sed valeat,vana hęc contemplatio,dicamuſq́; obitèr, quod quia titulus breuis eſſe ſolet,hinc argumenti orta fuit neceſſitas, inde verò Periochæ (quemadmodum in omnibus licet intueri Galeni operibus,recognitis nuper ab Ill. admodum, & excellētiſſ. Hieronymo Mercuriali :) Videndum nunc,in dictorum aduerſarij gratiam,quo nomine cohoneſtanda ſint, quæcumq́; in initio ipſius ſcriptorum, inſpiciuntur appicta : Vt igitur pleniſſimè res habeat. Scribēte eo. *Apologia,&c.in qua detegitur,quòd non perperàm agunt in medicina factitanda, non adminiſtrant remedia indifferentèr,aut nullo conſilio,uel ratione moti. Non ſunt ſimplicitèr,uel communitèr practicantes, non empirici; Et demùm quod numquam cæcutierunt, neq; cæcutiant in arte medica,&c.* In hanc firmitèr deueniendam putamus ſententiam.Titulum quidèm,eſſe; quo cohoneſtata eſt,aduerſariorum lucubratio. Nàm Apologia,vna complexa verbo, ſiue nomine,compræhenſionem totius operis; cuius gratià cœteræ omnes veniunt, demonſtrat (venit autem defenſio,vel defenſiua oratio,ſiue potiùs offenſiua,ſi rectè animaduertātur,in ea omnia, quæ à nobis ſcripta ſunt in paradoxo :) cœterùm,quæ ſequuntur, Apologię nomen,indicem potiùs,dicendorum,aut elenchum repræſentare videntur, quàm Periochæ naturam, vel argumenti. Si
G
H .n. ſingula perpendantur,ſub multis, diuerſiſq́; titulis(quod indicis proprium eſſe videtur) conſcripta eſſe comperiemus; ſiquidē ſcriptum ibi ſub vno titulo eſt; eum cum aſſecla, non perperàm agere,in medicina : in altero, non adminiſtrare remedia indifferentèr, nullo conſilio, vel ratione : in alio, non eſſe ſimplicitèr practicantem, non empiricum, &c. & demùm numquàm cœcutire,vel cœcutijſſe, &c. vt propterea in indicis naturam,cum tota dictoru m ſcriptorumq́; Authoris Apologiæ ſeries vergat: meritò

Argumēti neceſſitas vndè orta.

Exordium ſcriptorum Aduerſarii.

Index eorum quæ in Apologia aſſeruātur.

index vocari poſſit,atq; hic maledicētiarum.Sed.n.clarior adhuc A
vt res ipſa reddat,quid index, quidue Barbarorum Rubrica, hac
occaſione,ſint explicandum:Sic enim,quæ præponi conſueuerint
antiqui,in librorum initijs;quæue neoterici, ante ſingula libro-
rum capita, queuæ poſtponere, comperire tentabimus. Quod
itaq; ad indicem,eiuſq; vſum, apponi hic conſueuit in lib.initijs,
immediatè poſt titulum, atq; argumentum, licèt non rarò quoq;
in fine; vt vniuerſa diſtinctè,atq; ſummatìm innoteſcant legenti;

Indicis vſus, & definitio.

vndè meritò definitus eſt index (ἐλεγχὸς nuncupatus à Græcis)
compręhenſio quædā diſtincta,atq; ſummatìm facta, eorum om-
nium,quę in opere fuſiori oratione tractantur: quę definitio,cum
ſatis per ſe pateſcat (compræhenſio .n. eſt genus ad Titulum,Pe- B
riocham,& Argumentam; differentia collocata eſt, in genus in-
ſectantibus particulis) dicamus obitèr, aberraſſe Ambroſium
Calepinum,& Authorem illum Cornucopiam appellatum; vt qui
videntes indicem vocatum à Græcis eſſe elenchum, vnanimitèr
mandarunt ſcriptis,indicem appellari,cuiuſq; operis titulum,qui
tamèn quātum ab indice propriè differat, inde patet, quòd index
(vt adnotauit Scaliger)ſunt multi,diuerſarum rerum Tituli,cuius
proprium eſt,nuda dumtaxàt rerum variarum vocabula (quibus
copioſiſsimis gaudet)afferre in medium:titulus verò(ἀπὸ τῆς τι-

Titulus vndè dictus ſit.

μῆς, hoc eſt ab honore, qui per eum operibus impertitur,ab eo-
dem vocatus)vnitate gaudet rerum,in operibus collocata,& ſita.
& re vera,index nil aliud eſt,quàm tabula,nuncupata à vulgo me-

Index Medicorum eſt tabula.

dicorum; cum tanquam in tabula rerum varietates exiſtant ap- C
pictæ. Verùm quidèm eſt,quod vbì multi tituli,indicis tituli ſen-
tentias compræhendunt,ad argumenti naturam reducuntur; quæ
adhuc ſententiæ, ſi breuioribus ſunt conſcriptæ verbis, periochæ
ſapiunt naturam. prioris generis eſt,Tabula ad Gal. libros fabri-
cata,ab Illuſt.Braſſauola Ferrarienſi: ſecundi verò tùm Plinianus
index factus ab admodùm Reu.Fratre Ioanne Camerte,Theolo-
go,ac Philoſopho,Franciſcanorum conſumatiſsimo: tùm Tabula
illa,ad Ariſt.opera,Antonij Zimaræ.Cæterùm de Rubrica id cō-

Rubricę vſus & inuentum.

mentatione dignum occurrit,fuiſſe in primis Barbarorum inuen-
tum,vocatamq; eſſe Rubricam ſecūdò à rubro, quo adnotare ſo- D
liti illi erāt colore. quemadmodū tùm ab alijs, tùm potiſsimùm
à Iuriſperitis, & ab vno Andrea Lacuna inter medicos excellen-
tiſsimo obſeruatum comperimus, in ſua quadam epithome: quæ
compræhenſio paritèr eſt diſtincta eorum, quæ in capitè deprę-
henduntur, ſed breuiori oratione, atq; paucitate verborum. De
oratiuncula illa, capitib' quibuſcūq; librorū ꝓpoſita, id ſciēdum
occurrit,ꝙ veluti,ad legentium cōpræhenſionem, facit librorum

titulus,

E titulus, aut inſcriptio, ſic breuis illa oratio, periochæ naturam ſapiens, vel argumenti: Nàm quemadmodum in vniuerſali libri alicuius argumento, vniuerſalis ſubſternit̃ materia, qua vniuerſum opus extat refertum; ſic, & in particulari, in quo tanquam ad primum, omnia in eodem contenta referuntur. Atq; his hunc in modum conſtitutis, redactiſq; ad tituli, & indicis naturam, ijs omnibus, quæ in initio ſcriptorum ſuorum appoſuit aduerſarius; nihil in primis eſt, cur Apologiæ nomine ſua decorare debuiſſet ſcripta: ſiquidèm literariam, cum ei dirimendam propoſuerimus litẽ, litigioſam hanc præſtitit, & calumnijs inculpantiumq; nominum elencho exornauit: neq; etiam eſt, vt immediatè, ab Apologię nomine,
F totam illam lamentationum ſeriem conſcribat, quandò Auth. Gal. nomina omnia quibus nos fuimus vſi, ſunt approbata, nec in diſputatione ſunt indecora. neue à Gal. videamur recesſiſſe per vnguem, videamus quomodò vniuerſa eius opera, ſingulis exiſtant referta.

EXPVRGATVR Integrum Paradoxum, ab omnibus nominalibus calumnijs, de quibus, tùm in maledicentiarum elencho, tùm vniuerſa Apologia, conqueſti ſunt authores ipſius. decernitur ex ambitioſo, litigioſoq; eorundem ſermone, datam nobis fuiſſe anſam reſpondendi: ac quomodò corrigendus ſit aliquis, declaratur. Cap. XVI.

QVO' Nulli vnquàm hominum, vniq; in primis Apolo-
G gię Authori, ſeorſùm conſultò iniuriam facere, fuiſſe in animo nobis; ſuaſum quis poſſit habere; ſupereſt, pro philoſophica hac abſoluenda tela, onomaſticam omnem, de qua idem conqueſtus eſt, dirimere contẽtionem; Eſto igitur, ſcripſiſſe nos in paradoxo, vt in aſſertione 90. aſſeruit aduerſarius, eos allucinari, cœcutire, vel perperàm agere, ſoli innixos eſſe praxi, nulliq; rationi, vel conſilio; qui indifferentèr in dyſentericis deiectionibus (dolore vegente, ac virium ſtante ruina) adipe vtuntur hircino; nil cauſæ eſt, cur conquerãtur, in aſſert. 113. nos vltrò eum nimis carpere, laceſſereq; eoq; tendere, vt illius exiſtimationem minuamus, denigremus, ac Verba aſſer. 113.
H proſternamus: quandoquidèm, proferentes nos eiuſmodi orationis typum. *Medicorum omnium demiror ingenium, qui fieri potuerit, ut à Galeni uſq; tempeſtate in ea cæcutierit adminiſtranda re, &c. & in fine Paradoxi.* Verba Paradoxi. *His itaquè nouis authoritatibus adductus, hircinum adipem in dyſentericis curandis deiectionibus, perperàm adhiberi exiſtimo.* Nullum ſpecificè, viſum eſt nobis Apologiæ Authorum laceſſere, iniuriaquè afficere: propterea quod, Galenum ſectantes, verba conati fuimus accommodare, non indecora diſputationi,

quam ſumus exorſi: vtq; omnium rationem afferamus, ac cauſam: A
Verba aſſert. 174. vſi fuimus in epiſtola ad doctisſimum Auguſtinum Angelellum conſcripta, ea voce, primarium; quam ſanè nō aliundè fuimus expiſcati, ac ab ipſa rei veritate, ac Iuriſconſultorum placitis. qm̄ decernentes hi, ex prioritate ſedis, & loci c. ex ore. de priuil. c. 1. & cap. ſtatuimus de maiori, & obedientia, prioritatem dignitatis declarari, quia optimus ille ſenex Liuius Anechinus, & ante hunc amantisſimus mihi parens, Phauorinus Clauarius, priorem potiti ſunt ſedem, ac locum, tùm in conſultationib⁹, tùm alijs quibuſcumq; publicis functionibus, hinc dictionem primarium fuimus expiſcati. *Sed quòd collegas meos meq; unà ſimul tangit ægreferimus, ſcri-*
Aſſertio 115. *bis. n. admirans medicorum omnium ingenium quomodò cæcutierimus, & in dies magis cæcutiamus, in adminiſtrando adipe hircino, nimis mordax, & ſatiricū uerbū illud cæcutire. ſat fuiſſet rationales nos medicos debebas appellare, &c.* Porrò, abſtinendum erat, ab eiuſmodi orationis particula, & præſertim à verbo cœcutire: Verùm quia Gal. 3. Meth. cap. 7. eos allucinari dixit, qui confundunt remedia, quòd nulli corporis naturæ deeſſe videantur, quid ſit ex vſu, abſq; vlla animi malignitate, venit nobis in mentem verbum cœcutire, ita vt allucinari cum Gal. dicendum erat, vel ſaltèm, aberrare. *Præterea ſubdis, qua* B
Aſſertio 116. *ratione, quouè recto conſilio, quauè commoti experientia, uos hoc ſempèr indifferentèr ſectemini inſtitutum &c.* Ad hæc omnia, pro defenſione illius vocis indifferenter quæ ἀδιαφορῶς eſt apud Græcos. i. ſine diſcrimine, vel in diſcriminatim apud latinos, certè, vtens Gal. ea voce 1. & 2. Meth. per vniuerſum, ac dicens, fortuitò, & temerè eos agere, qui methodo non inueniunt (quandò methodo inuenire, ex aduerſo opponitur ei, quod eſt fortuitò, & temerè agere.) Nos vbi fortuitò dicere debebamus, polilogia cōtenſi, indifferentèr, ſine conſilio, ac ratione eos agere diximus, qui ſine methodo inueſtigant remedia; è quo ſanè genere, quis fuerit; expreſſum à nobis, quiã non eſt, aſſertio reddit̄ nulla. *Scribis enim ut hinc uobiſcum* C
Aſſertio 117. *exordiar litem, poſtquàm mihi uobiſcum res eſt; ægreferimus ſanè, litigioſos abs te exiſtimari.* Bone Deus, ſcripſimus æquo animo in paradoxi calce. (*Sic enim Literaria inter nos ſcaturiet pugna*) & conquerūt Apolog. authores, quòd litigioſos eos exiſtimauerimus: neq; ſubticuimus alibi præfatam orationis particulam; quid inde? ſi nobis cum philoſophis, ac medicis proponitur auferēda diſcordia; quid ſolliciti eſſe debebant aduerſarij, de litis nomenclatura? libera animi voluntate, apertaq; libertate philoſophandi, diſcordiam propoſuimus philoſophicam, & medicam, & cōqueruntur, quòd litigioſos exiſtimauerimus? Sed valeat iam lamentatio vana, & futilis. *Taceo quod aſſeris nos perperam uti in dyſenterijs curandis,* D
Aſſertio 118.

adipe

E *adipe hircino* , Ecce Galenus paſsìm , libr. de placitis Platonis , & Hyppoc. Illuſtris quin etiam Mercurialis, ac quicumq; politioribus ſunt delectati literis, vbi malè, ac peruerſè medicamenta adhiberi à medicis animaduertêrunt, indifferentèr itèm, ac abſq; conſilio,vel ſine methodo (quemadmodum in dyſenteria vrgente dolore,ac viridum ſtante ruina, eſt hircinum adhibere adipē) perperam,vſi ſunt dictione (à verbo forſàn perpetro nomenclatura deducta) Nunc ſi accuſandus Paradoxi author ſatirici ſcriptoris vitio , carpendusuè, quòd ſatiriacè agat, prudentiorum virorum commendamus iudicio, Adnotetur hoc interim cum Gal. 7. de decretis Hyp.& Plat.cap.2.ad inſtar Criſippi eos eſſe,qui vocabulorum,non rerum differentias aduertunt,ſtudentq; proprie-
F tati. Sed reliquas iam diluamus quœrelas , ac lamentationes . Quœrimonia adeſt inſignis in corpore Apologiæ, quòd dixerimus in initio Paradoxi, Vetuſtiorib' artis medicæ practicis,ſcri- Sunt verba aſſertionis 90.
bentes nos, occaſionem præſtare: conqueruntur inquam, quòd practicos, atq; vetuſtos eos nuncupauerimus: Pro vana hac diluenda lamentatione; Adnotatione occurrit dignum, ex Gal.3. Meth.cap.cit.quòd cum duo remediorum ſint inſtrumenta experientia nimirum,& ratio. rationabiles hinc appellati medici,empirici inde: non eos practicos nuncupauimus, quià experientiæ ſunt addicti, ſed ab actu practico, in quo praxim exercentes, reperiuntur. quo etiam nomine, minimè indignatus excellentisſimus Mercurialis,primariū Medicinæ practicæ interpretem , Pa-
G tauij primùm, Bononiæ poſtea,nunc Piſis, nuncupari congaudet; & ego practicam,ſexto abhinc anno,medicinam Camerini exerceo; & illi Fabriani, fortaſſe abhinc vigeſimo. Empiricos quidē genericè dictitauimus eos, qui ſola experientia vtentes, cum videant (ex Gal.) cui Ariſtolochia vlcus carne non impleuit, huic Galeni ſententia ex lib. Methodi.
thus conferre,cui autem thus non contulit, ei irim admotam eſſe vtilem iudicant, & proindè quamplura eiuſdem ſpeciei medicamenta ſarcotica in vnum confundunt, quò nulli corporis naturæ deſit,quod ſit ex vſu (rationabile enim eſt inquit Gal. non omnes ab omnibus medicamentis ſimilitèr affici:) Quamobrèm,à pri-
H mo ad vltimum, cum ſatis ſuperq; pateſcat, qualis in paradoxo, ſcribendi nobis fuerit animus,reſtat, vt paucis perpēdamus apertam anſam reſpondendi, ſubminiſtratam nobis ab Apologiæ authoribus,tū per vniuerſam eorum Apologiam,tum repetitas epiſtolas; Eſto igitur, in aſſertione quinta,aduerſarios conſcripſiſſe. Vnde ſubminiſtrata fuerit anſa reſpondendi ad omnes allert.
Sed uideamus, an tua ratio ſubſiſtat in philoſophia , medicina, uel fortaſſis in bona logica; (in his enim propoſita diſcordia, tanquàm in trutina libranda erat) quid cauſę erat eiſdem , aſſeuerare, nos pro

Achille

Achille, allatam à nobis rationem habere, vt in aſſer. 4. noſtram doctrinam in medicina labi, vt in aſſer. 16. non ſubſiſtere vt in 20. rationem noſtram peccare in logica, & deceptos eſſe à fallacia accidentis, vt in 27. nouam noſtram eſſe medendi doctrinam, vt in 103. nouos noſtros in medicina eſſe ſcopos, vt in 107. eſto inquam totam Apologiam refertam eſſe huiuſmodi, contra Authorem Paradoxi, calumnijs; quas conſultò prætermittentes non afferimus, ne ſatirici ſcriptoris, aduerſarij ſubeant nomen. Quid in calce Apologiæ dicendum erat, iure vocandam eſſe Apologiam, hanc eorum lucubrationem. Sperareq́; ſic facilè, ad veram medendi Methodum, & in optimorum tot noſtrorum patrum doctrinam me reuerſurum? Quibus adhùc minus (quiſquis fuerit) author contentus, ſuſpectum perſcripſit, nos habemus ingenium tuum, aliaq́; innumera, quę coëgerunt, impulêruntq́; vt ad arenam, in his noſtris philoſophicis exercitationibus deſcenderemus. quibus vt tandem finem imponamus, hæc adnotaſſe cum Diuo Gregorio Nazianzeno in oratione de modeſtia in diſceptationibus obſeruanda, non ſit abere. Inquit Sanctiſſimus Vir, circa finem orationis. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκεῖνον διόρθωσαι, καὶ τοῦτο πράως, καὶ φιλανθρώπως, μὴ ὡς ἐχθρὸς, μηδ᾽ ὡς ἀπότομος ἰατρὸς, μὴ ὡς ἓν τοῦτο μόνον, εἰδὼς τὴν καῦσιν, καὶ τὴν τομὴν, τὸ δὲ σεαυτοῦ κατάγνωθι, καὶ τῆς ἀσθενείας τῆς σῆς. *Cæterum* (hoc eſt) *corrigendus eſt aliquis. facias igitur hoc modeſtè, & humanitèr, & nequaquàm ut inimicus, nec ut Medicus incidens; ac non ſolùm agnoſcito, quemadmodùm ille iniuri, aut incidi debeat, ſed & te ipſum, ac propriam agnoſcito infirmitatem:* & alia multa enarrat ibi Inſignis Theologus, cuius aliam afferentes effatu dignam ſententiam, ſcribit paulò ſuprà. *Sapientia eſt, ut quis ſe ipſum cognoſcat, & haud quaquam extollat, ne illi idem, quod uocibus eueniat, quæ pænitus deficiunt, quum nimis immodeſtè proferuntur, Melius eſt ſapientem cedere ob modeſtiam, quàm imperitum ob temeritatem intumeſcere.* Σοφία (inquit propria lingua) καὶ τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν, ἀλλὰ μὴ ὑπεραίρεσθαι, μηδὲ ταυτὸν ταῖς φωναῖς πάσχειν, αἳ παντελῶς ἐκλείπουσιν, ἐὰν ὑπερφωνῶνται δι᾽ ἀμετρίαν, κρεῖττον ὄντα σοφὸν, ὑφίεσθαι δι᾽ ἐπιείκειαν, ἢ ἀμαθῶς ἔχοντα διὰ θράσος ὑπερεκτείνεσθαι. Quarè vt cum eodem concludamus εἰ ἔστί σοι λόγος συνέσεως, ἀποκρίθητι φησι, καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύσων. εἰ δέ μὴ, δεσμὸς κείσθω σοῖς χείλεσι.

Gregorii Nazianzeni lex in diſceptationibus obſeruanda.

Eiuſdem Theologi ſententia.

F I N I S.

PERORATIO AVTHORIS.

PHILOSOPHICARVM exercitationum meus hic liber, ecce iam (ſola Philoſophia duce) ad innumeros philoſophię principes , paruus, verecundus, & blæſus, vix dùm conſiſtens probabitur: reliquum itaq; modò eſt , vt pro ea quæ in omnibus reperitur *φιλανθρωπία* firmus , elegans , promptiorq; in inceſſu reddatur : Sed heu hominum , quò nunc deuenit conditio ? criti-i, & *μαςιγοφόροι* forſàn longè plures erunt , quàm *βιβλιόφιλοι* : t vt tamen ſit , inſtitutum libuit magis , ab prauis obtrectan-ium opinionibus liberare , ac vendicare , quàm obmuteſcere. cripſimus igitur primam , ſecundam , ac tertiam Philoſophica-um Exercitationum noſtrarum ſectionem , tùm ad firmas , ac tabiles Ariſtotelis , aliorumq; Peripateticorum confirmandas ſententias , tùm noſtram in ſingulis paradoxam , defendendam concluſionem . Conſulo nunc tibi ò Amice , ne inutilia , incongruaq; ſcribas , in quibus nihil habetur amplius (vt Nazianzenus in Eccleſiaſt. cap. 12. affirmat) quàm labor inanis : *λόγων γὰρ πολλῶν , οὐδὲν ὄφελος.*

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΤΗΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑΣ ΑΡΧΗΓΟΝ.

Ταῦτα Φαβωρῖνε λάβε γράμματα μικρὰ , σοφίας
Γυμνασίας πρῶτας , πρήγματα τῶν τε Σόφων .
Νῦν σαυτὸν γυμνάζε σοφῶς μοῦ φίλτατ᾽ ἰητὴρ ,
Νῦν Σοφὲ γυμνασίαν συγγράφε , μηδὲ λόγους .

INDEX

AB Agente naturali, quomodo ſemper unum proueniat. 48 a
Ab alteratione facta in mixtione quid fiat. 31 e
Ab uno, & eodem agente, quomodo diuerſa proueniant. 49 c
Ab uno, in quãtum unum, nõ prouenit niſi unum, quomodo. 53 f
Accidẽtia in mixtis duorũ gener. eſſe. 64 c
Accidentia quæ corrumpuntur in ſanguine, pro adipis generat. 90 b
Accidentia eadem numero quõo remaneãt ex corrupto in genito. 56 b
Accidẽtia, quõo ſtent in de nouo genito, abſq; migrat. de ſubiecto in ſubiectum. 56 b
Accidentia, quæ remaneant in de nouo genito ex corrupto. 76 a
Accidẽtia, quæ uiſuntur in adipe ex ſang. genito nõ oĩa eſſe noua. 89 f
Actio fit per contactum. 35 g
Actionis nomen, quid ſignificet 33 e
Actionis definitio. 33 g
Actio cum uictoria, & fine, quæ. 34 a
Actionis ſubiectum quale. 34 a 35 g
Actioni, & paſſioni neceſſaria cõtrarietas. 34 c
Actioni neceſſarius contactus. 34 d
Acrimonia, & mordacitas hircini ſanguinis ut in adipe unde. 64 d
Adeps cur calidior carne. 65 b
Adeps, undè calidus, & humidus. 34 b
Adipis generatio quando, & quõo fiat. 74 c
Adeps cur albus, & craſſus. 75 e
Adeps ex ſãguine producitur abſq; nulla ferè accidentium mutatione. 90 c
Adeps hircinus in quibus affectibus ſit damnatus in paradoxo. 131 c
AEtas longeua quòd arguat temperamentum. 129 b
Adeps hircinus cur non emplaſticus. 122 d
Adeps pars ſanguinis magis excocti. 64 c
Adeps hircinus ut differat à caprino. 112 e
Adeps hircinuus reprobatus in dyſent. ab Altimaro, & Mercuriali. 114 c
Adeps in quibꝰ animalibꝰ proueniat. 123 b
Adipis temperies ex Gal. 127 f 126 e
Adeps maris calidior adipe feminæ. 126 b
Adeps in calidioribꝰ corporibus redundat. 125 f
Adipis hircini facultas. 2 c
Adipis hircini caliditas ut probata ab Auth. 74 g
Adipis gener. ex ſang qualis. 65 b
Adipis facult. in gen. quæ, & à quo. 75 f
Adeps cur non fluidus, nec rubeus. 74 d
Adeps calidus, & humidus. 89 e
Adeps retinet accidentia ſang. 90 a
Adipis generatio eſt opus naturæ. 84 c
Adipis generat. ex ſang. per Auic. 90 e
Aeris generatio ex aqua. 55 f
AEris determinata materia. 55 c
ἄγγειν apud Varinum Phauor. quid. 118 a
αἲξ nomen æquiuocum ad multa. 110 a
AEquiuocum quid. 107 b
Agens in generãdo, aliquid ex aliquo, quæ corrumpat accidentia. 76 b
Agentium omnium triplex modus. 47 b
Agens particulare inanimatorum. 70 d
Agentis perfectio quæ. 70 d
Agentis naturalis cõditio, ut unum ab eo proueniat. 48 c
Agentis intentio in generando, quæ. 71 b
Agentis progreſſus in generat. 71 b
Argumẽtũ, quod apponitur in libr. initijs, quid ſit, & eius neceſſitas. 131 a
Alimentorũ genera ſpeciei caprinæ. 129 b
Animal calido uiuit, humido nutritur. 128 f

Agens rerum ſimpl. & compoſit. 76 77 c
Agens inducens formam, & diſponens materiam idem. 76 e
Agens non agit niſi materia ſit bene diſpoſita, propoſitio ut intellig. 77 b
Agentis progreſſus in gener. animat. 78 a
Agentis apparatus ad generandum. 105 f
Alimentorũ uires ut communicentur corpori. 97 e
Alimenti, & medicamenti diſcrimẽ. 100 b
Alimentum quomodo alteret corpus. 93 b
Alteratio an fiat in inſtanti. 38 b
Alteratio quandò fiat ſucceſſiuè. 38 c
Alteratio ordinatur ad generationem. 37 b
Alter. & gener. ſubiectum uarium. 37 b
Alteratio ubi fiat, & in quibus. 37 g
Alteratio etiam in ſecundis qualitat. 36 c
Alterationis diſcrimen à generat. 37 e
Alteratio quid. 36 a
Alteratio cadit in accidentalibus. 29 f
Alteratio neceſſ. ad unionem element. 28 b
Alteratio eſt proxima mixtioni. 28 b
Alteratio cui ſit communis. 29 f
Alteratio ab alimentorũ uſu quõ fiat. 97 f
Alteratio cuius ſit qualitatis. 37 g
Alterationis ſenſibile ſubiectum. 37 e
Alteratio ut uocetur à Græcis. 36 a
Anima ex Platone quid. 61 e
Alexandri Aphrodiſei falſa opinio. 61 e
Animata quo uiuant, & nutriantur. 65 g
Animatorũ corp. forma dup. & quæ. 66 d
Animatorum calor duplex. 66 e
Animatorum ortus ex ſemine cui debeatur. 72 b
Animatorum corpora ex quibus conſtent. 58. & 59 e
Animatium ex putri materia generatio unde. 52 e
Anni 91. conſtitutio, & morbi unde. 96 b
An in corrup. fiat reſol. uſq; ad manip. 66 g
An in corrup. formæ exiſt in mat. huius corrumpantur oĩa accidentia. 54 a
Apum generatio unde, & quomodo. 52 b
Ariſtoteles maior Alexandro. 95 b
Archangeli Mercennarij ſententia aduerſa Apolog. authorib. 56
Aquæ, & ignis utilitas in hominis generatione. 26 e
Aqua, & terra principia materialia hominis. 26 d
Ariſt. de quibus diſſerat in tota naturali philoſophia. 16 e
Ariſt. inſtitutum in lib. de gen. & corrupt. 17 f
Ariſt. contex. primi de gen. & corr. interpretatio. 18 a
Ariſt. progreſſus in docenda naturali philoſophia. 27 f
Ars quid. 15 b
Argumentum à cauſa materiali ad effectum. 103 b
Argument. Paradoxi, arguens adipem eſſe calidum. 104 c
Argumentatio ex quibus conſtet. 102 a
Argumentatio demonſtratiua. 102 e
Argenti uiui materia. 50 d
Aſſert. author. apolog. 45 b. 46 b, & c. 53 g. 56 a, & c. 59 b. 62 d. 66 a. 68 d. 74 d. 75 g. 97 e. 82 d. 85 g. 86 a, & b. 88 c. 89 g, & d. 91 g. 92 a, & c. 93 f. 94 a. 95 g. 96 c. 97 b. 98 a. 99 b. 100 c. 103 b. 104 a 106 b, & c 109 c. 111 g, h. 115 f. 117 f. 118 c. 119 c. 121 f. 125 g. 127 a.
Augumentatio quomodo fiat. 44 d
Augumentatio cuius ſit prædicamenti. 43 e
Augumentationis efficiens. 42 d
αὔξησις. 42 c
Augumentationis cur poſtremò facta ab Ariſt. tractatio. 42 b
Auerrois ſententia contra ſophiſtas. 106 b

Auicenna

Auicennæ ſentent. de minoratione, & augument. adipis. 125 f
Augumentatio quorum ſit corporũ. 28 c
Auerroes impugnatur de cognitione Dei circa indiuidua. 69 b
Augumẽtationẽ diſpoſitiones præcedentes. 43 f
Augumentationis definit. 42 c
Augumentationis modus. 42 d
Augumentationi neceſſarius motus. 43 e
Auri determinata materia, & argenti. 50 c

B

Bilis calidiſſima. 74 c
Bilis ex qua chili fiat portione. 49 e
Bilis, & adipis materia quæ. 74 c
Bituminis ſpecierum materia diuerſa. 51 g

C

Caloris, & frigoris elemẽtaris munus in metall. generatione. 71 f
Calor quis author animatorum. 71 f
Calidi uſus in mixtorum generat. 26 a
Calor author omnium bonorum. 71 f
Caloris præſtantia, & munus. 57 b
Calid. frig. humid. & ſicci actioq;. 58 a
Calor in animante duplex, & qui. 67 e
Calor animantium, & ſolis ſunt agentia animatorum. 71 f
Calor rerum putreſcibilium, efficiẽs particulare genitorum ex putri. 27 a
Calor generans animalia non eſt igneus. 72 b
Calor præcipuus formator mixtorũ. 73 e
Calor, & frigus educunt formas. 73 f
Caliditas, & frig. cur qualit. actiuæ. 25 e
Calidum quod dicatur à philoſophis. 127 e
Caloris natiui in animante munus. 44 a
Caper pro hirco apud Virgil. 113 e
Carbo uox æquiuoca. 84 d
χαρτὰ χρόμμια apud author. quid. 120 c
χαρτὰ χρόμμια apud Mercurialẽ. 119 b
χρόμμια τὰ χαρτὰ apud Gal. 119 g
Carbonum materia, & temperatura. 84 d
Caro ex neceſſitate habet accidẽtia ſanguinis. 91 e
Caro, & adeps geniti ex ſanguine. 91 g
Cauſa rerum natural. materialis dup. 95 b
Cæpæ coctæ dyſentericis proſunt ex Plinio. 120 b
Cœli motus quis. 43 g
χίμαρα quid apud Græcos. 115 b
Chimeræ nomen, unde. 115 b
Compoſitũ eſſe quod generatur. 63 f 19 f
Contrarietas ad tactum quæ. 23 b
Corpus mixtum naturale ſubiectũ lib. de gener. & corrupt. 17 b
Corporis mixti naturalis definit. 18 b
Corpus ſimplex quid. 18 b
Corporis mixti naturalis affectiones. 25 g
Corporum ſimpliciũ generat. quõ. 31 b
Corpus ſenſibile quid. 37 f
Corporum omnium imperfectorum generatio. 42 b
Corporum ſimpliciũ generatio circularis. 55 g
Corporis humani partes unde generentur. 68 a
Corruptio quõ ſit mutatio ſecundũ totum. 40 d
Contradictiones authorum apolog. 109 f 111 b & 59 f.
Concluſiones contra ſententiam aduerſarij. 47 f 55 g 49 f
Conſeruatio in ſtatu naturali, per ſimilia conſeruatur. 97 c
Confutatio ridiculæ aſſertionis. 117 g
Continuitas, & poroſitas in mixtis unde. 30 b
Contactus quid. 35 b
Corruptionis definitio. 42 g
In corruptione quid attendendum. 40 d
Corruptio eſt mutatio ſecundum to-

tum

tum quomodò intelligatur. 67 g
Corruptio quomodo dicta mutatio ſecundum totum. 67 g
Cornigera cur habeant adipem. 123 b
Corrruptio in corporibus animatis duplex. 67 b

D

Deus agens diuiniſſimus. 34 a
Deus primus rerum omnium agens. 69 e
Dans formam, dat accidentia ad formam. 74 d
Demoſtratio facta ex argum. Paradoxi. 102 a
Demonſtrationis factæ confirmatio. 102 d
Denominatiuũ quid, & eius natura. 108 a
Denominatiuum ut faciendum. 108 b
Denominatiuum unde fiat. 109 h
Denominatiuum duplex, & quale. 109 g
Denominatiui nominis natura. 108 a
Denominatio per aduerſ. undè fiat. 109 e
Diſputationi quæ apta nomina. 46 a
Diſputatio oĩs quadruplex, & quæ. 101 b
Doctrina ſcientifica quomodò acquiratur. 46 b

E

Efficiens duplex, æquiuocum, uel uniuocum. 60 a
Efficiens uniuerſale, & particulare rerum omnium naturalium quale. 70 a
Efficiens particulare eorum quæ ex putri. 71 g
Elementa rerum natural. principia. 18 d
Ex elementis prima rerum natural. compoſitio. 19 e
Elementorum creandorum cauſa. 19 g
Elementorum tract. cur in uarijs lib. ſit facta ab Ariſtotele. 19 h
Elementa plures habent naturas mouentes, & quæ. 20 a
Elementi nomen, quibus commune. 20 a
Elementum quid propriè dicatur. 20 b
Elementi definitio. 20 d
Elementum ineſſe actu, & potentia quid. 20 d
Elementa ut principia rerum natural. 22 a
Elementorum uirtutes, quæ. 22 e
Elementorum conſideratio in lib. de generat. & corrupt. qualis. 27 h
Elementorum unio per Ariſt. quæ. 28 a
Elementorum materiæ ut miſceantur. 30 a
Elementorum formæ ut miſcentur. 30 a
Elementorũ formæ ut in mixto remaneant. 30 c
Elemẽtorum proportio in generat. mixtorum. 31 f
Elementorum cõcurſus ad actionẽ, & paſſionem. 34 b
Elementorum generatio ex prima materia quomodo fiat. 49 g
Elementum cur dicatur minima rei portio. 20 c
Elementa cur dicãtur corpora ſimplicia. 20 e
Elementa quomodò remittantur in eorum excellentijs. 31 e
Elementorum ſubſtantiæ quomodò remaneant in mixto. 64 b 30 c
Elementa qũo uniantur in mixtione. 28 a
Elementa in corrupt. qũo remaneant. 40 c
Elemẽtorum propriæ uires in mixtione producenda. 58 a
Embrionis temperies unde fluat. 55 f
Emplaſtica medicamenta quæ. 121 h
ἔρσαι apud Homerum, quæ. 115 g
ἑρίφος quid ex Homero. 115 b
Exemplorum uſus in ſcientia demonſtratiua ſuperuacaneus. 86 a
Exemplorum uis ex Ariſt quæ. 86 c
Exemplorum tradendorum conditiones. 83 e 86 d 87 e
Exemplorum Aduerſarij improbatio. 87 88 89 &c. 98 c
Exemplorum aduerſarij conditio. 88
Exempl. uſus in ſciẽtijs quãdo admitt. 86 d

Facultas

F

Facultas apud Gal. quid. 57 f
Facultates reconditæ undè fluant. 60 c
Facultatum eſſentia, temperatura. 57 e
Fallaciarum diuiſio, & ſubdiuiſio. 105 e
Ferrarienſis quædam inſtitutio. 112 b
Formas ſubſtantiales elementorum in mixtis aſſeruari illæſas. 99 g
Formæ accidentales element. alterantur in mixtione. 30 c
Formæ quæ non ſunt in materia nõ patiuntur. 30 d
Facultas eſt, ut effectus qualitas ut cauſa. 57 g
Forma tàm ſubſtantialis, quàm accidentalis mixtorũ undè fluat. 60 b
Forma ſubſtantialis apud Platonem. 60 d
Formarum ſubſtantialium, & accidentaliũ dupl. differentia, & quæ. 63 b
Forma accidentali alicuius mixti corrupta an omnia illas inſequẽtia corrumpantur accidentia. 64 c
Forma quandò introducatur in mat. 65 e
Formæ quomodo plures eſſe poſſint in uno compoſito. 66 d
Forma non generatur, ſed formatũ. 79 f
Forma accidentalis introducitur in tempore. 81 f
Forma ſubſtantialis partium corporis nõ introducitur ab uſu alimentorum. 94 e
Forma ſubſtantiales miſcibilium in mixtis non refranguntur. 94 c
Forma ſubſtãtialis partium corporis, & accidẽtalis plurimum alteratur ab uſu alimentorum. 91 g
Formæ ſubſtantiales elementorum in mixto remanent. 99 b
Forma naturalis inſequitur materiã. 30 c
Forma ut forma mouet, ut in materia mouetur. 31 e
Forma ſubſtãtialis elementorũ quæ ad mixtionem accedit non alteratur. 31 f
Formarum naturalium actio undè fluat. 32 c
Formæ uarietas undè fluat. 49 f
Forma determinata, quomodò deliteſcat in materia determinata. 52 d
Forma quæ à qualitatibus dependet. 58 e
Forma quid diuinius temperamẽto. 62 c
Ferri determinata materia ex qua. 50 c
Frugum generatio ex elementis. 68 a
Frigidi uſus in mixtorum generatione. 26 a

G

Galeni conſiliũ 4. de ſimplic. 6. quale. 121 g
Galeni locus interpratatus de temperamenti eſſentia. 62 b
Galeni doctrina de temperament. 61 h
Gal. ſentent. de adipis omnis temper. 127 b
Galeni loquutio ut comparatiua de temperaturæ inditijs. 125 e
Gal. ſententia 2. de temperam. aduerſa lib. artis medicinalis. 124 d
Gal. loci in lib. art. med. pulchra interpratatio. 124 b
Galeni, & Auic. ſentent. de inditijs temperaturæ, ex adipe pingued. 123 g
Gal. ſentent. de abſoluta adipis hircini caliditate, & acrimonia. 122 c
Gal. ſententia ex 4. de ſimplic. med. facul. 6. in formam ſylogiſticam redacta. 122 a
Gemmarum omnium materia, & generatio qualis. 51 e
Generatio non poteſt fieri ſine alterat. 37 d
Generationis duplex definitio, & quæ. 39 f
Generationi, & corrupt. quid ſit cõe. 40 b
Generationis definitio, interpratat. 40 c 53 h 54 & c.
Generationi terminus ad quem intrinſecus. 42 e
Generationi neceſſaria, quæ. 42 f

Generationis eſſentialis definit. 42 g
Generationi,& corrupt. ſubiecta,quæ. 43 h
Generatio unius quō ſit corrupt. alterius;& quomodò propoſitio eſt intelligenda. 62. e 63. d 65 f
Generatio eſt mutatio à non eſſe ad eſſe, quomodò intelligatur. 67 f
Generationem non fieri in inſtanti. 81 b
Generationi phyſicæ, neceſſaria eſt materia, qualis,& quanta. 105 f
Generatio quomodò ſumatur à philoſ. 81 e
Generabilium ex caſu efficiens. 71 h
Generat. phyſic. præſupponit ſubiectū. 49 f
Generatio ſimplex quæ,& à quo fiat. 24 d
Generatio ſimpliciter dicta, quæ. 39 e
Generat. definit. communis corrupt. 49 a
Generationis definitio an cōmunis generationi cuiuslibet ſubſtantiæ. 39 h
Generationi,& corruptioni; quid cōe. 40 b
Generis generaliſſimi,& ſubalterni definitio. 107 g
Guſtus eſt quidam tactus. 32 d
Galenus quomodo uſus fuerit omnibus nominib⁹ quibus uſus eſt author exercitationum. 136 137

H

Homerus proprietatis amicus. 115 g
Homo finis omnium. 13 b
Hominis augumentum uſq; quò. 43 g
Homeri laus. 117 f
Homeri patria. 117 e
Habere rationem per Ariſt. quid. 25 f
Hiſtoria puellæ enutritæ ueneno,& oſculo,& coitu inficientis. 95 b
Hirci nobilitas ridicula ex Braſſauola. 112 a
Hircus quod animal. 112 d
Hirci temperies, quæ. 127 c
Humidi uſus in generatione, quis. 26 e
Humiditatem,& calidiatem atteſtari à pinguedine. 124 a
Hieronymi Mercurialis ſententia in interpretatione uocis τὰ καρτὰ καλυμένα *in 12. Meth. Med. c.p.* 120 a

I

Iacobi Zabarellæ ſententia, aduerſa aſſert. quintæ. authoris Apolog. 54 d
Ignis generatio ex aere. 55 f
Ignis caliditas maior quam aeris. 35 b
Ignis quomodò ad generat. concurrat. 23 g
Ignis elementaris materia, quæ. 85 e
Ignis noſtri materia proxima. 85 e
Illatio quædam falſa, à pinguedine ad adipem. 123 g
Intellectus quid ſit. 15 a
Inſtitutum authoris in Paradoxo. 132 b
Ioubertus contra Fernelium de modo generationis adipis, à frigido. 88 d
Iuppiter cur dictus αἰγίοχος. 111 f
Index maledicentiarum aduerſarij. 133 b
Indicis uſus,& definitio. 134 a

L

Lac caprinum calidum,& humidum. 129 e
Lac caprinum opitulatur ſiccitatib⁹.
Lac,& ſemen cur albeſcant. 75 e
Lapidum omnium materia, quæ. 51 e
Lapis ut frigidus indifferens eſt materia ad domum, arram,& ſtatuā. 85 b
Lapides quomodo calcis ſint materia. 85 b
Librorum omnium Ariſt. enumeratio,& coordinatio in tota naturali philoſophia. 16 b
Logicæ definitio, ac diuiſio. 100 e
Logicæ nomine quid intelligendum. 101 e
Logicæ uniuerſalis,& particularis libri. 101 f
Logicæ aſſertiones authorum Apologiæ. 101. 102. 103. &c.
Lex obſeruanda in facienda comparatione. 123 f
Lis propoſita dirimenda aduerſarijs qualis. 135 e

Lex

Lex obſeruanda in diſceptationibus. 138 b

M

Mas caſtratus habet temperamentum fœminæ. 111 a

Materia, uarietate affecta, uarietatem parit formarum. 50 a

Materiei diſpoſitio quanta ſit facienda in generat. phyſica. 49 f

Materia prima, ut ſubiectum omnium accidentium. 76 d

Materia rerum generabilium duplex, quæ. 83 b

Membrorum corporis actio undè. 62 a

Membra omnia cur nō habeāt ſanguinis temperamentum. 90 d

Membra humani corporis cur idem non habeant temperamentum. 91 f

Membra non recipere formam ſubſtantialem per angument. cōtra Aduerſ. 94 e

Μιτάσσαι *apud Homerum, quæ.* 116 a

Melancholia, ex qua chili portione generetur. 42 e

Metheororum mixtorum, in infimo aeris inteſtitio, generatio ex determinata materia. 50 a

Metheororum, quæ in medio ſunt generatio. 49 b

Metheororum quæ in ſublimi apparent generatio, quæ. 49 h

Metheororum omnium principia, quæ. 50 b

Medicinæ inſtrumenta duo, & quæ. 137 g

Medicus empiricus quis. 137 g

Metallorū materia ſulphur, & argentum uiuum. 50 d

Metallorum omniū particulare efficiens. 73 g

Metallis, & lapidibus an uita. 73 h

Medicina non admittit adipem eſſe ſiccum. 88 a

Mixta à quibus generantur. 126 c

Mixtionis definit. & explanatio. 27 h

Mixtio cur definita per alterationem. 28 b

Miſceri, & generari quomodo differāt. 29 e

Mixtio quomodo ſit rerum ſubſtantialium. 29 f

Mixtio, ut differat, ab alijs motus ſpeciebus. 29 f

Mixtio quomodò fiat. 29 g

Mixtioni quæ neceſſaria. 29 h

Mixta quid reportent ex mixtione elementorum ratione materierū. 32 a

Mixtum omne duplici donatur facult. 32 b

Mixtorum temperies undè. 32 c

Mixtorum omnium imperfectorum uarietas undè fluat. 50 e

Miſcibilia non eſſe omnia, quæ ſtant ſub forma liquida. 94 c

Mixti, & miſcibilis eſſentia, quæ. 95 g

Mixtio quid reportet ex miſcibilibus. 99 f

Miſcibilium nomine, quid uelit Ariſt. 28 h

Mixtio cuius gratia ſit definita ab Ariſt. 27 b

Mixtio ab alteratione, & augumētatione quomodo differat. 29 f

Mixtio à compoſitione ut differt. 29 g

Mixtorum poroſitas, & continuitas undè. 30 b

Mixtum quomodo gignatur intemperatum. 99 e

Mixtio cur non eſt opus artis. 98 b

Mixtum futurum ſubiectum alterius nouæ formæ non amittit omnes qualitates. 66 b

Mixtum omne habet plus aquæ, & terræ, quàm aliorum element. 31 f

Mixtorum inanimatorum ſpecificè quædam affectiones. 32 a

Mores caprinæ ſpeciei. 129 h

Mixtorum uires occultæ, undè. 32 b

Mores ex temperatura profluere. 129 g

Motus quomodò de genere continuorum. 83 c

Motus ſpecificatur à terminis. 41 e

Mundus ex Varino Phauorino, quid. 19 g
Mundus quomodo ex elementis conflatus. 18 d
Mundus cur dictus κοσμὸς. 19 g
Mutatio ſecundum quid, quæ. 65 g
Mutatio facta in accidentibus, quæ. 38 f

N

Naturalis ſimplic. corporis tractatio ubi habeatur à philoſopho. 15 d
Naturalis compoſiti corporis cognitio ubi tradatur à philoſopho. 15 d
Naturaliter mouens eſt corpus habens qualitates. 70 c
Natura vei miniſtra. 67 b
Nil miſerius in ſcientijs, quàm eiſdem ſemper uti inuentis. 97 g
Nomina ſunt inſtrumenta ad docendum. 46 d
Nomen τὸ ἄργειον eſſe dominatiuũ. 108 a
Nomen caprinum eſſe ſpecificum, non ſubalternum contra Aduerſ. 108 d
Nomina diſtinguentia ſpeciem animalium per ſexum, atq; ætatem. 110 b
Nominum triplex differẽtia in ſpecie animalium caprina. 116 b
Nominum diſputatio ad quos attineat. 46 e
Nominis definitio ex Platone. 46 d
Nomina denominatiua quid repræſentent. 109 e
Nàm, quid ſonet apud Gal. 4. de ſimplic. 6. 112 d
Nutritionis, & auctionis partium corporis materia, quæ ex Gal. 93 e
Nutritio quid ſit. 97 f
Nutritum quomodò aſſimiletur nutrienti. 93 e

O

Ordo ſeruatus ab Ariſt. in philoſophia naturali. 17 h
Obiectiones Aduerſar. & ſolutiones earundem falſæ. 89 g
Obiectiones quædam de alimentorum uſu, alterante humanum corpus proponuntur, & diluantur. 92 a
Omne quod fit, ex conuenienti fit. 52 d
Omne extrahens aliquid ex potentia in actum, in eo aliquo modo eſt. 53 e
Omnia genita ex ſanguine eſſe calida. 103 f
Orationi omni quid ſit commune. 116 b

P

Partium corporis humani origo, undè. 94 d
Paradoxi authoris ſententia comprobata. 108 f
Pinguedo in quibus animalibus redundet. 123 a
Pinguedinis temperies, ex Ariſt. 126 c
Pinguedinis temperies ex Auic. 126 d
Pituita undè generetur. 49 e
Pinguedo atteſtatur humiditatem. 123 g
Pinguedo atteſtatur caliditatem. 124 a
Pinguedinis facultas. 125 b 124 b
Pinguedo quomodo atteſtetur frigiditatem. 125 c
Philoſophiæ naturalis definit. & explanatio. 13 d
Philoſophia naturalis quæ contempletur. 14 c
Philoſophiæ naturalis diſcrimen à Methaph. & Mathemat. 14 f
Philoſophiæ Natural. ſubiectum. 14 g
Philoſophia naturalis quomodò ſit ſcientia. 14 b
Philoſophiæ naturalis partes uniuerſæ. 15 c
Philoſophiæ naturalis munus. 105 g
Plantæ cur ſemper non augeantur. 44 b
Pilorum copia atteſtatur caliditatem, & humiditatem. 129 f
Plantarum augumentum, ut continuum. 44 b
Plumbi materia determinata. 50 d
Poetæ docent, & delectant. 116 b
Poetarum teſtimonium approbatum. 116 d
Poetæ nomen undè dictum. 116 c
Poetica eſt doctrina rationalis. 115 e

Poeta

Poeta cur dicatur τραγεικος. 111 f

Propoſitiones Ariſt. enuncleatæ 47 b. 49 f. 51 h. 52 b, & d. 53 e, & b. 55 b. 57 e. 59 e. 63 e. 67 f. 76 b. 77 b. 90 b. 64 d.

Propoſitionum ſylogiſmi materia, & forma, quæ. 191 a

Proportio elementorum accedentium ad mixtionem, quæ. 31 f

Prudentia quid ſit. 10 b

Putrefactio quid. 67 e

προγόνοι apud Homerum, quid. 116 a

Periocha quid ſit. 133 e

Q

Qualitatum genus in elemētis duplex. 18 c

Qualitates in element. ut principia diſpoſitiua mixtorum. 22 b

Qualitatum elementorum definitio. 23 e

Qualitatū quaternarius numerus undè. 23 f

Qualitatum primorum uſus in mixt. 23 g

Qualitatum primæ in actiuas, & paſſiuas diuiſio. 23 b

Qualitates actiuæ caliditas, & frigid. 24 c

Qualitates primæ quomodò inuicē actiuæ, & paſſiuæ dicantur. 24 d

Qualitates paſſiuæ ſiccitas, & humiditas. 25 c

Qualitatum actiuorum dominium ſupra paſſiuas quale. 25 g

Qualitatum actiuarum dominium ſupra paſſiuas, ut requiratur ad mixtorum perfectorum generat. 23 b

Qualitatum primarum uſus in generat. 26 d

Qualitas communis rei gen'tæ, & corruptæ, eadem in de nouo genita. 55 e

Qualitatis, & facultatis diſcrimen. 56 d

Qualitates formam præcedere introducendam. 58 b

Qualitates quomodò & à quo producantur in mixtis. 74 b

Qualitates quæ ſunt accidentia quō dicantur principia mixtorum. 22 b

Qualitates cur primæ dicantur in elementis. 23 e

Qualitates ſecundæ qaomodò à primis. 23 f

Qualitates ſenſibiles quæ. 34 b

Qualitatum ad actionem, & paſſionem concurrentium conditio. 34 b

Qualitatis prædicamenti ſpecies, quæ. 37 g

Qualitates elemētorum, & mixtorum non eſſe dicendas nouas. 57 b

Qualitates elementorum, quomodò ingenerabiles, & incorruptibiles. 58 a

Qualitas actiua quæ, & quomodò principium rerum generatarum. 70 d

Qualitates elementorum undè fluant. 76 c

Quicquid ſunt elementa in mundo illud idem humores in humano corpore. 78 a

Quodlibet nō agere in quodlibet nec pati à quolibet ſed contrario. 24 a

R

Ranarum generatio undè. 52 c

Ratio habita pro Acchille, ut pugnet. 53 f

Rerū præter naturā remotio à corpore fit per contraria. 97 c

Rerum ſecundum naturam conſeruatio fit per ſimilia. 97 e

Rethorica eſt doctrina rationabilis. 115 f

Reactio quid ſit. 35 b

Rerum omnium compoſitio triplex. 21 g

Rerum omniū natural. prima principia, materia prima, & forma prima. 23 f

Repaſſionis definitio. 33 b

Rerum tractand. in exercit. philoſophicarum conſilium. 47 e

Rerum naturalium generationem, ab elementis non fieri immediatè ex materia. 67 b

Rerum naturalium gradus qui. 69 f

Rerum inanimatarum efficiens calor,

lor,

lor, & frigus, quomodò. 72 d
Rubricæ uſus, & inuentum. 134 d

S

Salis, & eius ſpecierum omnium mat. 51 f
Sapor dulcis atteſtatur caliditatē, & humiditatē. 129 e
Sapientia quid ſit. 14 b
Sanguis ut materia adipis. 84 b
Sanguinis portio aerea dulcis, & pinguis adipis materia. 89 e
Sanguinem præter complexionem habere aliam formam ſubſtantialem contra aduerſ. 94 c
Sanguis ſemper eſt ſubſtantia. 104 b
Sanguis cum ſit rubeus, & fluidus cur non talis eſt adeps. 106 a
Sanguis ex qua chili fiat portione. 49 e
Sanguis calidus, & humidus. 65 e
Sanguis hircinus dulcis in cibo. 128 e
Sanguis quomodo caro, & adipis materia. 84 b
Scientiæ definitio. 15 b
Scientia demoſtratiua ſtrictè loquitur. 56 d
Scientia quomodò adipiſcatur. 27 a
Scientiæ nomen eſt genus ad phyſicam Mathemat. & Methaphyſ. 14 f
Senectus ſermone redundans miſera. 86 c
Senſus tactus atteſtatur qualitates elementorum in mixtis. 77 f
Sententia Paradoxi in enthimematis formam redacta. 105 b
Sententia quædam Aduerſarij, ut manca. 119 e
Siccitas conſequitur calorem in ignem. 24 e
Siccitatis uſus in generatione, quis. 26 e
Scriptorum Aduerſarij exordium. 133 g
Siccitas, & humiditas cur qualitates paſſiuæ. 25 g
Simile ex Galeno quid. 35 e
Simile non agit in ſimile. 35 e
Simile omninò ſimili quid. 35 f
Simile ut producatur à ſimili. 51 b
Simile generat ſibi ſimile, ubi uerificetur propoſitio. 51 b
Simile, qualitate gradu, & potétia, quid. 35 f
Semen quomodò agat per calorem. 31 e
Sol, & homo generant hominem, ut intelligenda propoſitio. 69 e
Sol efficiens rerum omnium generab. uniuerſale. 69 g
Sol quomodò authorum contrariorum effectuum. 48 b
Species cur ſit una. 51 b
Speciei ſpecialiſſimæ, & ſubalternæ definitio. 107 f
Spiritus quis, authorum ſit rerum omnium. 74 a
Spiritum quemdam ineſſe lapidibus. 73 b
Scriptores qui non ſint imitandi. 97 g
Sylogiſmo dialectico neceſſaria. 102 b
Sylogiſmorum propoſitiones ut formandæ. 103 e
Symphonia quid. 17 f
Subſtantia duplex, & quæ. 104 a
Subſtantia prima, & ſecunda quæ. 104 b
Subſtantialium partium corporis falſa origo Aduerſarij reijcitur. 92 b
Sus, cur redundet pinguedine. 123 b
Series dictorū Aduerſarij, quo nomine cohoneſtanda. 133 b

T

Textus primi lib. de gener. & corrupt. interpretatio. 18 a
Temperamentum eſſe accidens. 61 e
Temperamentum quid. 61 f
Temperamentum undè fluat. 61 g. & 60 b
Temperies naturalis opifex actionum. 96 a
Temperies humani corporis undè maximè alteretur. 96 b
Temperamentū totius corporis undè fluat. 124 c
Temperamēti calidi, & humidi ſigna. 127 d
Temper. dupl. in corpore, & quale. 62 a

Temperaturæ

Temperaturæ frigidioris notæ. 125 e
Terræ generatio ex aqua. 55 g
Titulus Authorum Apolog. 45 b
Titulus librorum quid ſit, & eius in librorum initijs neceſſitas. 132 c
Totum Ariſt. in definit generat. & corruptionis quid ſit. 39 b. 54 a
Titulus undè dictus. 134 b
Toleti Illuſtriſſ. doctrina de qualitat. ad mixtionem concurrentibus. 58 d
Theriaca undè habeat ſuas uires. 98 d
τράγαναι apud Ariſt. quæ. 110 d
ξάγος apud Gal. quid 12. Meth. 1. 113 g
τράγος uox æquiuoca ad multa. 113 a
ξάγος ex Plinio, quid. 113 b
τραγος herba apud Dioſcor. quid. 114 a
τράγος à Gal. commendatus in dyſ. 114 b
ξάγειν apud Varinum Phauorinum. 118 a
Tragus alimentum cuius natura. 113 g
Tragus quomodò dyſent. proſit. 113 h
Tragion herba, quæ. 114 d
Tragus multiplex dyſenter. prodeſt. 114 b
Traſmutatio eſt uox generica alterationi, & alijs mutationibus. 27 e
Traſmutatio uelox, & tarda undè in generabilibus. 55 f
Turdus malum ſibi cacat. 92 a

V.

Varini Phauorini Reuerendiſſimi Epiſcopi Nucerini, conſanguinei Authoris Paradoxi, laus. 100 b
Veritate nihil ſolidius. 13 a
Veritatis ſtudioſo quid agendum. 47 e
Vegetabilium materia diuerſa. 52 a
Vegetabilium generatio undè. 52 a
Venenatorum alimentorum uis, ut communicetur, ſpiritibus, humoribus, & ſolidis. 56 a
Venerem, qui ferant innoxiè. 127 d
Venus exiccat, & uitam minuit. 117 b
Veſparum generatio undè. 52 c
Virtus informatiua in corpore ut agat. 71 b
Virtus naturalis quomodò agat. 71 b
Vis educendi formam è materia cui debeatur. 72 d
Vis exiſtens in corpore undè. 59 f
Viuentium propria eſt augumentatio. 28 c
Vniuocum quid. 107 b
Vocis cuiuſq; ſiue nominis diuiſio. 107 g
Vocis diſcrimen inter ἄγειον, & ξάγειον. 110 e
Vnio qua fit in mixtione ſapit naturam miſcibilium. 99 e
Victum humidum febricitantibus omnibus conferre, ut intelligatur. 96 d
Verba paradoxi totius expenduntur. 135 b
Vndè anſa fuerit ſubminiſtrata ſcribendi Authori Exercitationum. 137 b

INDICIS FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Numerus Paginam, Litera Verſum ſignificat.

14 h Intellectus.
17 f Tertiam.
18 d λογομαχίᾳ.
27 f Ariſtotelis.
24 d παθητικαι.
26 e Meritò.
29 e Motionis.
32 d Repaſſionis.
34 a ſubiectum.
38 d Quæuè.
36 d ὄντος.
46 d Nominum.
46 d Symptom.
47 h Primùm.
45 e Habendam.
47 h Igneum.
48 a Eis.
48 d Idem.
48 d Innoteſcit.
49 h Halones.
51 f Viſcoſa.
12 e Diſpoſitio.
55 h Rei.
55 h Fuerint.
69 h Vileſceret.
60 d Conſtitutionem.
62 d Haberent.
80 d Formæ.
80 d Deperduntur.
87 e Fine.
90 e Coagulat.
94 d Bubus.
99 g Andromaco.
100 c Calidi, hoc.
101 g Vſi.
104 b Prædicatum.
110 d ἄγειον.
118 a Concil acer.
118 b Aſperam.
118 a Caper.

Alia ſi forſan occurrerint, facilè quiuis emendabit.

